

2





CONSTITVTIONES
ET PRIVILEGIA
PATERNITATIS
ET CLERI VENETIARVM.

Illustrissimi ac Reuerendissimi D. D. Ioannis Triuifani iuris utriusque
Doct. Patriarche Venet. Dalmatiaeque Primatis &c.

IVSSV EDITA.



VENETIIS;
Ex Bibliotheca Aldina. M. D. LXXXVII.

CONSTITUTIONES
ET PRIVILEGIIS
PATERNORUM
ET CETERIS AVENTIIS



155
877

IO. TRIVISANI
PATERNARCHAE
VENEZIARVM,
DALMATIÆQUE PRIMATIS, ETC.



IN SVAS, ET ANTIQVIORES CONSTITUTIONES

AB CLERVM PRAEFATIO.



A est legum vis, auctoritas, & necessitas, ut, cum id, quod aquum est doceant: mores instruant, & componant; atque ad Deum mentem, animumq; attollant: omnino homines ad benè, beatèque vivendum allisciunt, impellunt, atque deducunt. Est enim benè vivere; ijs moribus institutam vitam traducere, quos virtutes parunt, & fecerunt; quos mortalem virum, & Christianum Deog; maximè dicatum, habere decet; quosq; ecclesiastica præscriptim Sanctiones complectuntur, ostendunt, atque præcipiunt. Beate autem vivere; quale, dum hac mortali fruimus aura, consequi valentur; se ipsum est agnoscere; Deum; atque diuinam perscantari, contemplatione

tione affequi, & intelligere. Huiusc autem contemplationsi, atque intelligentiae semina humanis legibus habentur: diuinis autem, atque ecclesiasticis res tota, & vndeque perfecte claret. Non immerito itaque memoria proditum legimus, litteris, monumentisque consignatum; leges ipsas diuinarum, atque humana- rum rerum cognitionem complecti; & que ex virtutum ha- bitibus peragenda sunt, veluti digito premonstrare; atque ap- posita praecepit pana efficeri. Qui igitur legibus, & principiis ecclesiasticis vivunt, homines atque Christiani vitam degunt: ut contra absque legibus vivere brutorum animantium sit, imi- tari vitam; vita umbram; & maximè Christiano homini ad- uersam. Nam si que in hoc mundo calestes orbes vndeque am- biant; si ipsa caelestia corpora; si ordinem, dispositionem, uni- formes eorum motus atque inuicem consentientes oculis, mente, & ratione lustramus: omnia creatori suo optimo inservire, & certis, immutabilibusque legibus obsequi, compertum erit. Quod si in his, que sunt facta, quasi in speculo; ut apostolus testatur reliquit; mens ipsa nostra Dei iniustitia intuetur; sed ex his adeo sursum erigitur, ut, que ex se ipsa intelligendo affequi non potest, intelligat, & agnoscat: legibus agere, operari; & viue- re, Deum proculdubio est cognitione consequat; & ut fieri po- test, imitari; quod beate est vivere. Hac de causa Deus in ipsis etiam primis mundi exordijs legibus natura insitis, homines ha- buit, qui ipsum venerarentur, & colerent summum rerum om- nium opificem, atque parentem. Mox vero hominibus, quasi ad virilem etatem deductis, leges in lapideis tabulis suo dito- tanta cum maiestate conscripsit; promulgari voluit, & obserua- ri ab omnibus. Verbum tandem ipsius aeternum & impassi- bile, hac mortali & passibili vesti suscepit, redemptionem no- stram trium, atque triginta annorum cursu promeritus est, at- que perfecit; ut nobis proprias leges prescriberet, & doceret, sive exemplo complectendas, atque seruandas ostenderet. Hac autem ut facilius, & perfecte affequi unusquisque posset; eas praterea leges dedit, quibus impurus animus, & ipsi Deo, hominibusque infectus, prior enaderet; atque ad ipsa caelestia diuinaque

diuinaq; contemplanda, intelligendaque aptior: ut bonus effe- citus ad ipsam tenderet beatam vitam. Legem itaque summa- rationem definiamus, in natura insitam, & à Deo ad bene, bea- tem, viuenendum hominibus propriaam. Quis igitur non leges admirabitur? Quis non complectetur leges? Quis non legi- bus, & animu, & vitam exornare omni conatu studebit; ro- tisq; viribus contendet? Is profectò, qui à legibus vult abesse, à natura recessit; Deum deseruit; rationi aduersatur. Is quis- quis est, pñnas in se à legibus constitutas, meritò nonerit ha- bere; quas & expendet; atque tanti scleris omnino persolvet. Maximum cuim est scelus; hominem, qui creatoris sui imagi- nem gestat, & similitudinem praescerit, cunctis animantibus sanctiorem, alteque mentis, legibus ipsis susceptis, non ad Sy- dera tollere vultus, ad diuina, ad Deum: sed contra, contem- pis legibus, ad ima ditabi; & brutorum vitam quasi induere, & scelari. Is igitur ad leges redeat, ad seipsum, ad naturam, ad Deum. En leges habet, & à maioribus nostris, & à nobis conditas, atque editas. Legat itaque; diligenter aduertat; atque omnino exequatur: nulla enim adcerit excusatio peccati, legibus promulgatis. Nos quidem paterno affectu omni studio, ac diligentia ea de causa operam dedimus, ut, & antiquiores constitutiones castigationes, erroribus, qui vix numeris colligi possent, prorsus sublati, & nostra emitterentur; ut clerici no- stri, qui leges venerantur, & colunt, leges habeant; quas de- osculentur, complectantur, & seruent. Iis enim leges nostrae benignè, amicèque loquuntur. Iis legibus præmia, & quidem maxima sunt proposita. Iis gratiam nostram, & benignitas- tem, & maxima quasi meritorum stipendia ponimus, & polli- cementur. Et quoniam; ut Sapientissimus ille Solon dicere con- sueruerat; duabus rebus tempora continentur præmio, & pñnas; qui præmia contempserit, & leges; indigationem nostram, & promeritas sentiet pñnas, & lucet. Nanque, ut illud Poeta, vñsurpem. Flectere si nequeam calum, Acheronta mouebo. Ve- rum monemus, hortamur in domino, & obsecramus clericos no- stros, ut Acheronta vitent, & fugiant: atque caelestia petant;

¶ ad diuinā mente, opereque contendant, Sperāmus enim fore; ut cum filiis nostris in aeterna illa; que sursum splendet Hierusalem, atque eminet summo, atque immutabili bono aliquando perfruamur; cuius gloria; quam in hac vita per speculum, & in enigmate intuemur; cum apparuerit, satisabimur; & mens ipsa, & animus perpetuo conquiescat,



CONSTITUTIONVM⁴ AC PRIVILEGIORVM

PATRIARCHATVS
VENETIARVM.

PRIMA PARS.

De celebratione missarum, de diuinis officiis ac de residentia.

TITVLVS PRIMVS.

Ex Conc. Angeli, & Dominici Episco. & Laurentij Patriarc.

Diuinia officia horis debitis celebranda esse; absentium p̄enae: & quomo-
do Plebanus honorandus, & condemnandus sit; quine eius vi-
ce fungatur in diuinis in ipsis absentiis. Cap. I.

VT Dei cultus, & infra. Ordinamus; quod communia officia nocturna, & diurna, beate Maria, mortuorum, graduales Psalmi, & spesiales litaniae, preces, & suffragia consueta horis debitis, & expectatis absentibus, vt conueniens fuerit, communiter fiant, & celebrantur de- uote. Et infra. Ad cuius maturini communis tertium Psalmum re- sidens, qui non interfuerit; ac perseverauerit usque in finem, soluat denarios tres; ac totidem in milia communi, si ad primam orationem non erit: & si ad primum Psalmum vesperorum non erit personaliter; perseveraueritque ut supra; perdat denarios duos, & totidem in completorio: cessante impedimento tali, quod alia die in domo feti; & licetiam iuris, vel superioris habeat. Et praedictas penas deficien- tium, ut alias penas pecuniarias ordinarij locorum in suis ecclesijs, & personis sibi subiectis, augent, diminuant, & tollant; prout eis videbitur expedire. Plebanus prefens ab omnibus, & in omnibus honore- tur, & sicut etiam alij, ut supra dicitur, condemnetur. Si vero absens fuerit, vices ipsius teneat in diuinis officijs hebdomadarius presby- ter; ad quē spectat incipere matutinum, & alias horas; dicere capitula, orationes, & benedictiones loco plebani.

Ex

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНЛАЙН

PRIMÆ PAR. DE CELEBRA T. MIS.

Ex Conc. Angeli, & Egidij Episcop. Cast.

In cena domini una tantum missa celebranda. Qui in parafœcne, & Sabato Sancto celebrare possunt: & qui non. Quomodo in predictis diebus funebres exequiae habende sint. Pena inobedientium. Cap. I.

IN cena domini una missa tantum illius diei dicatur propria; de qua clerici sint cōtentи. In parafœcne autem, & Sabbato sancto, exceptis religiosis, & ecclesijs Cathedralibus, & baptismalibus, ac priuilegiatis super hoc, nullus sacerdos missam celebrare presumat. Transgressores autem vñq; ad octauam Paschæ ab officio, & beneficio sint suspensi. Et si contigerit, quod illis tribus diebus aliquod funus sepeliendum ad ecclesiam, vel monasterium deferatur; sicut exequiarū officia consueta absque missa, submissa voce, legendo potius, quam cātando, etiam sine pulsatione campanæ; sub pena simili transgressoribus imponenda.

Ex Conc. Dominici Episc. Cast.

Tēnē eorum, qui in nocte natalis domini, & in alijs solemnitatibus in ecclesijs, vel circum in hoc probita peragunt. Cap. III.

DE facientibus in ecclesijs, vel circa tempore celebrationis diuinorum, præcipue in nocte natalis domini, & in alijs solemnitatibus abominabiles insolentias, terribiles scelos, vel strepitus, aut sonos periculosos, & alia plurima tedia, quibus deuotio fidelium diminuitur; & cultus diuinus contemni videtur. Prohibemus, quod sine mandato Episcoporum non absoluuntur ipsi, vel ipsorum consolatores, vel fautores, quos participatione orationum, & sacramentorum priuanus.

Ex eodem Conc.

cap. V: Dei
cunus vi. Et.
Propter de-
fessionem. Non
ad. March. I. ad
quod. A. pae-
sumus. 2.
Item fassus
vnu. 3. eod.
Item orati-
monem 3. eo

Communis missa quomodo celebranda sit, & quando, & qui debent fit esse. Cap. IIII.

Post pulsationem ad missam tertiam, vel alia hora cantetur; & sequatur in cantu communis missa diebus singulis; & horis, ad quas tenentur clerici adire, & esse, omnes sint residentes; etiam si plures inde ex debito ordine ecclesiæ missa cantentur.

Ex eodem

TITVLVS PRIMVS.

Ex eodem Conc.

Quomodo plures missæ in ecclesia simul celebrandas sint, & pena transgredientium. Cap. V.

Quando plures missæ dicuntur simul in ecclesia, una tantum alia voce concetur: atque autem sic demissa uoce dicantur, quod modice audiantur; & nullus sacerdos ante euangelium communis missæ celebrare presumat. Ordo autem missarum successiū sic obserueretur; quod post euangelium communis missæ, priusquam eleuetur corpus dominium, nullus presbyter in ecclesia ipsa incipiat euangelium pro alia missa dicenda, nisi in exequis defunctorum. Et qui studiosè contrauenierit in predictis, aut aliquo prædictorum, pena sex denariorum mulctetur; super quo interdum Episcopus valeat dispensare.

Ex Conc. Egidii Episc. Cast.

Silentium in ecclesia, maximè dum peraguntur diuinæ, præcipitur clericis, laicis, & pueris, et qua pena, & à quibus transgressores afficiantur. Cap. VI.

IN choro omnes clerici silentium teneant, maximè cum psalmi dicuntur, aut missæ officium celebrant, nisi propter necessitatem, vel utilitatem eos loqui oportet. Transgressores vero a praetato suo corripiantur, & sicut iustum fuerit puniantur. Laici autem tam mares, quam foemina admoniti à sacerdotibus acerrimè puniantur. Pueri, qui diuinum officium suo tumultu, & rumore impediunt, & perturbant, à parentib. vel eorum magistris, vt taceant, castigantur. Negligentes vero parentes, & ministri in correctione in penitentiis a suis confessoriis puniantur.

Ex eodem Conc.

Nullus in pulpito ante altare, aut in choro velato capite legat, aut cantet, & quia ac pena. Cap. VII.

NVllus in ambone, seu pulpite in lectorio, aut ante altare, siue Sacerdos fuerit, siue alterius cuiuscunque ordinis cleri-

B CUS,

PRIMÆ PAR. DE CELEBRA. MIS.

cus legere, vel cantare uelato capite presumat, neque in choro in dicendo orationem, vel antiphonam vel versiculum, aut responsoriū, vel in communī officio inchoando. Qui contrafescerent, a suis prelatis inferioribus corripiantur: & si fuerint incortigibiles, a suis episcopis puniantur.

Ex eodem Conc.

Melodij, & epistolis, euangelij, & prefationibus missarum, quibusdam exceptis, remouentur; & pena. Ab soluto in ea potestate, & non dicatur ut exequi mortuorum a sacerdotibus. Cap. V III.

NE melodij, siue cantilenæ in epistolis, euangelij, & prefationibus cantentur cum intellectum audientium impediāt, vel perturbent; & per hoc in mentibus fidelium deuotio minuantur; auctoritate sacri huius concilii duximus statuendum: vt epistole, euangelia, & prefationes in missis (exceptis liber generationis, & factum est autem, & primis euangelij Diaconorum) cum melodij, prater episcopi licentiam, nullatenus decantentur: transgressores autem per se primanam ab officio, & beneficio sint sui pensi. Eadem pena duximus puniendos sacerdos, qui publice in exequis mortuorum dixerint absolutionem illam, que incipit. In ea potestate & c. cum solum ad episcopos pertinere notetur.

Ex eodem Conc.

Quidam canon fuit memoria ducis, & pro bono statu Venetiarum. In ferialibus diebus tam in matutinis, quam in vesperris commemoratio fuit SS. Hermacor. & Fort. atque B. Marcii. Cap. I X.

e. Item ordi-
namus. 3.
ead.

QVIA in toto, & infra. Statuimus; vt in loco canonis misse in secreta, ubi dicitur, una cum Pope nostro &c, immediate ingeratur, & duce nostro, exprelio nomine, & pro bono statu Venetiarum de omnibus, quæ ibi sequuntur. Ordinamus, arque statuimus ad honorem beatorum Hermacoræ, & Fortunati, vt de illis fiat memoria in ferialibus diebus, tam in matutinis, quam in vesperris, & idem fiat de B. Marco.

Ex

TITVLVS PRIMVS.

Ex Conc. Thomæ Patriarchæ.

Missarum solemnia celebrentur cum eorum introitibus, & alijs, vt in ordinario: alia omnino amouentur, exceptis quibusdam motetis.

Cap. X.

IN primis siquidem in virtute sancte obedientie mandamus, quatenus de cetero missae solemnia canrentur, & celebrentur cum eorum introitibus, gradualibus, versibus, & tractibus, offeritoris, communionibus, & alijs debitis solemnitatibus, vt est in sanctis patribus institutum: & nihil, praeter moteros, & alia in ipsis missis decantanda, de predicitis institutis omittatur, quos moteros, nisi sint ad laudem Dei, & beate Virginis Mariae, aut aliorum sanctorum, in ipsis missarum solemnis auctoritate presentis conciliis decantari penitus inhibemus.

Ex eodem Conc.

Sabdi in sabbato sancto cum cottis ad eorum baptismales ecclesiæ omnino accedere teneantur, nisi fuerint legitime praepediti, vel absoluti: aliter puniantur.

Cap. XI.

ITEM, cum baptismales ecclesiæ debeat per eorum subditos hominari, & ipsi subditi cum cottis ad baptismale fontem in sabbato sancto, pro ipso, & certeo, & novo igne benedicendi, singulis annis ad ipsas ecclesiæ baptismales conuenire teneantur; & aliqui, qui ad predicta tenentur, vt fide digna relatione percepimus contumaciter, licet perquisiti, ea die, vt supra, ad ipsas ecclesiæ baptismales conuenire contemnant: predicitis subditis, & eorum cui libet, ad predicitas ecclesiæ solitis conuenire, sub pena quinq; librarum patrum, pto quoquaque contrafaciente (plebano, aut archipresbytero, aut praelato illius baptismales ecclesiæ pena integraliter persolenda; & in utilitatem predicta baptismales ecclesiæ, ad quam conuenire neglexerint, conuertenda j' districte precipiendo mandamus auctoritate nostri presentis concilii; quatenus singulis annis cum eorum cottis, vt motis est, in dictis baptismalebus ecclesiæ, pro predictis admplendis, studeant dicta die sabbati sancti, omnimode conuenire; nisi fuerint impedimento canonico praepediti; vel a plebano, aut archipresbytero, aut praelato ipsius baptismales ecclesiæ super hoc fuerint absoluti.

C. Item ordi-
namus. 4. eo.

B. 2 Ex

PRIMÆ PAR. DE CELEBRA. MIS.

Ex eodem Concilio .

Plebani, ac presbyteri dominibus residentia nocte habitent, & dormiant. Cura animalium est plebaniorum. Transgredientium pena. Cap. XI.

PLebani in eorum cellis, & eis dormibus suorum plebanatum de nocte habitare, & dormire teneantur; ne populus eisdem commissus, & animarum cura (quam curam solos plebanos in ecclesijs sibi commissis habere praesentis concilij auctoritate dicimus, pronuntiamus, & declaramus) patientur in aliquo detrimentum; sub pena alis faceret dabis, & clericis non habitantibus in dormibus ecclesiarum suarum, & de nocte in eis non dormientibus, inficta ex constitutione Dominici, super hoc edita.

Ex Synodo Bartholomei Episc. Castel.

Sacerdotes, vel clericī quomodo licentiam abeundi extra cīnitatem a plebanō, aut ab episcopō, vel eius vicario obtinēant, et pga. Titulatī præterea ultra mē: sensu non absint ab ecclēsiis, nisi alium episcopi arbitriū delevinent reliquant.

L. **S**acerdotes, vel clericci non abentent se extra ciuitatem, vel dic-
C. Item pta- cefum absque licentia. Hanc autem licentiam usq; ad octo dies
swimm. 4. et
dem. c. z. ple- plebanus, vel eius vicarius dare posuit; sed abinde supra ab episco-
runt; Syn. po, vel eius vicario requiratur. Transgressores vero, fine licentia re-
cedentes; vel ultra sibi concilium terminum commorantes, in pa-
5. pan incident; quae iis, qui non intersunt officijs, est in dicta.

Prouidendo quoque sacerdotis; ut nullus presbyter, diaconus, vel subdiaconus intra titulatorum numerum constitutus, in aliqua ecclesia ultra unum mensem, etiam cum licentia, possit abesse; nisi alium idoneum, episcopi arbitrio, qui ecclesie vice sua in illo deferruat ordine, duxerit relinquendum. Qui vero contraceferint, episcopi licentia non abrogata, velut propria deforser ecclesie beneficio, siue titulo, quod, vel quem in ipsa ecclesia obtiner, spoliatur: & alij, qui in eo ordine ipsi deferre velit, & valeat, iuxta constitutionem super hoc ordinatam, conserfatur.

Ex eodem Conc.

*Qua pena puniantur clerici, qui diuinis officijs non intersunt; cesserat
legit-*

TITVLVS PALMVS.

*te legitimo impedimento. Quis absentiam nomine deseribat; & quomo-
do, et quando exigenda sit absentiam pena, et in quos usus conuertenda.
Quomodo, et quando, et cui impedimentum allegandum; et pena mino-
rum clericorum; atque officialis deputatis ad nomina absentium descri-
benda, si in aliquo defecerit.*

Cap. X I I I .

Verum etiam Dei cultus in diuinis officijs diligentius obseruetur ; &c. statuimus ; quod omnes clerici horis canonicas cum capis , vel cottis conueniant in ecclesia ; & qui sui officij exercutionis impedimento celantur , ad matutinas maiores ante finem tertii psalmi , ad miliam ante primam orationem ; ad vesperas ante finem primi psalmi non uenerit , & non perfeuerterit usque in finem totius officij , denarios quatuor pro qualibet officio perdat : quorum nomina per custodem ecclesie , vel alium de uoluntate plementi , & majoris partis capituli deputandum , horis singulis , sic noteatur , ut in fine cuiuslibet mensis coram ipsis plebano , & capitulo ponatur ratio , & pecunia recipiatur , in utilitatem ipsius ecclesie concertenda .

Vt insuper Dei cultus, & infra. De supradicto impedimento tenetur impeditus die impedimenti, uel sequenti plebano, si in ciuitate fuerit; aut, eo absente, suo uicario fidem facere, aliter incurrat pena, in capitulo supra immediate scriptam. Et qui penam habuimus non soluerit infra triduum à redditu ratione; ab omni beneficio ipsius ecclesie, donec satisfecerit, sit priuatus. Clerici vero minorum ordinum, qui diuinis officiis, vt premititur, non interfuerint, à suis plebanis acrius eastigentur. Si officialem talem deputatum in scribendo, tam aliorum nomina, celsantiam à diuinis, quam suum, malitiam, uel negligentiam notabiliter commissile contiterit, pena, qua scribendus puniri debuerat, puniatur.

Ex eodem Conc.

Candela in altari semper ardeat, dum celebrantur diuina; in quibus ordinarum castellani ab omnibus uniformiter obseruantur. Cap. XV.

ITem ordinamus, quod semper sit candela in altari accensa, quando diuinum officium celebratur. scitrum est enim. Ignis in altari meo semper ardebit.

I.
c. Itē ordine
miss. cod.

Jp

PRIMÆ PAR. DE CELEBRAT. MIS.

In primis volumus, & mandamus, quod ordinarium ecclesie castellane, quod pertinet ad diuinum officium, per omnia ab omnibus obseruetur uniformiter, cum additionibus, quæ reperiuntur,

Ex eodem Conc.

Clerici stantes, & non sedentes cantare debent. Cap. XV I.

Q Vando cantatur introitus, Kirie eleison, Gloria in excelsis, Angelus, Offertorium, Sanctus, Agnus Dei, Communio, Respondentia, & Versiculi, & quicquid aliud cantatur tam in diuino officio, quam nocturno, debent omnes clerici cantare stantes, & non sedentes, & seruatis omnibus, que circa talis statuit concilium.

Ex eodem Conc.

Inter matutinum, & conuentualem missam una missa celebretur in omnibus ecclesijs. Cap. XV II.

Q Voniam in diuinis, & infra. Districte præcipiendo statuimus, quod per singulas parochiales ecclesijs nostræ ciuitatis, & diebus singulis inter matutinum, & conuentualem missam, una missam in mane cum debita reverentia, & solemnitate, quam requirit temporis, & hora qualitas, infallibiliter perpetuo celebretur, contemptoribus poena inobedientia tantu debita puniendis.

Ex eodem Conc.

Hora canonica, officium B. Mariae, & defunctorum ab omnibus cantetur, vel legatur in choro pro tempori qualitate: & quibus temporib. defunctorum officium dicatur, cum nonen lectiones non dicuntur, et quo modo. Cap. XV III.

I S tatim, & districte præcipimus, ut, quorundam consuetudine, quæ corruptela venius est censenda, prositus abiecta, omnes horæ canonica, & totum B. Maria, atque defunctorum officium non singu-

TITVLVS PRIMVS. 8

singulariter à singulis, vel in sacrario, vel eundo, sed in choro com- munice dicatur ab omnibus, cantando, vel legendo, prout tempori, & hora qualitas suadebit, cum scriptura sit. In ecclesijs benedite dominum.

Mandamus, quod à prima dominica post Pentec. vsque ad vigilam Nativitatis domini, & ab octava Epiphaniae usq; ad quartam feriam maioris hebdomadae, que est ante Resurrectionem, officium mortuorum, sive pro mortuis communice in ecclesijs, & in choro celebretur, uoce submissa, & omnibus diebus, in quibus nouem lectiones non leguntur.

Ex eodem Conc.

Conuentualis missa de die quando dicenda: & aliarum missarum dispositio ad quem pertineat. Cap. X I X.

IN diebus dominicis, & festiis missa conuentualis de die dicatur dominico, sine festo: reliquarum uero missarum dispositio plebano, vel eius vicario, si praesentes fuerint; aut ei absentiis maiori facerdoti, qui tunc in choro fiterit, relinquatur. In solemnitatibus uero precipuis præter conuentualem missam, reliquumq; illius diei officium hebdomadarius sacerdos nihil faciat nisi plebanus id facere uolerit.

Ex eodem Conc.

In festo trium lectionum quomodo dicendum sit officium tempore pa- schalib, & alijs temporibus. Cap. X X.

Q Vando occurrit festum trium lectionum dicatur in matutinis totum nocturnum illius diei, cum suis antiphonis; & tripartite lectiones, responsoria, & laudes, prima, tertia, &c. de Sancto illius diei; nisi uenerit festum ipsum inter duo paſcha; quo tempore dicuntur tantum tres psalmi secundum nostræ ecclesiæ castellanæ modum.

Ex eodem Conc.

Plebanus, uel eo absente, maior presbyter corrigat lectors; qui etiam ad eorum nutum finem legendi faciant. Cap. X XI.

Sacerdos, & alij clerici legant lectiones; & plebanus, si praesens fuerit; uel qui erit maior in ecclesia, absente plebano; corrigat lectors;

cap. i eod:
ca. item ne.
de nita cler.

PRIMÆ PAR. DE CELEBRAT. MIS.
lectores; & ad correctionem factam se lectores emendēt; qui finem
non faciant, nisi ad mandatum plebani, vel maioris, ut supra dici-
tur, absente plebano.

Ex eodem Conc.

Missa sponsis celebranda, quando, & quomodo. Cap. XXII.

Sacerdotes, qui fuerint requisiti, uel non requisiti de mandato
plebani, debeant missam celebrare sponsis ante missam maioris
rem; si tunc fuerit petitia. Et si illo etiam die non dominico,
uel festivo fuerit missa communis, & ista sit communis.

Ex eodem Conc.

Natalitia sanctorum, quorum ecclesie habentur, cum officio novena
lectionum celebrentur. Cap. XXIII.

Cum teneamur; & infra. Ordinantes statuimus; ut Natalia
sanctorum, uocabulis quorum ecclesie nostra ciuitatis, & die
cessis nominantur, solemniter cum nouem lectionibus cele-
brentur: maximè cum hoc mandatum à nobis modo non sumus
exordium: sed iamdudum à prædecessore nostro apostolica dicta
ut auctoritate firmatum.

Ex synodo Ramberti Episcopi Castell.

Pena in fisci & transgressoribus contentorum in cap. 14. 17. & 23.
Cap. XXIV. Pena cap. 23.

Item statuto, quod incipit, cum teneamur, & infra: Addimus; si
aliquis contrarium fecisse eius, quod in proximo capitulo conti-
netur, inuentus fuerit, portione oblationum ea die, ad eum con-
tingentium, sit, eo ipso priuatus, quam ad manus custodis uerti uolu-
mus, pro ornamenti ecclésie faciendo applicandam.

Pena. Cap. 17.

Item constitutioni, que incipit, Quoniam in diuinis, & infra.
Addimus; si quid contra ea, que in dicto cap. continentur, commis-
sum fue-

TITVLVS PRIMVS. MIRP
sum fuerit, vel aliquis se subtraxerit ab officio, quod debet fieri, pe-
na amissionis oblationum, contingentium eodem die applicanda
cum sacrario pro ornamenti ecclésie, contrafacientes puniantur.

Pena cap. 14.

Item constitutioni, que incipit: Ut insuper Dei cultus; & infra.
Hanc pœnam addimus; quod si quis contra ordinationem legiti-
mam plebani venire præsumperit, ab officio per septimanam vñ
nouerit se suspensum.

Ex Synodo Angeli Dolphino Epis. Castel.

Ministri omnes, & præsentim ecclésiarum prælati, atque monasteriorum
absentes ad residentiam renocantur, pena suspensionis, & priuationis.
Excipiuntur canonice impediti; & non habentes domos residentiae; &
quomodo. Et omnis ad residentiam teneri decernitur modis, ac penis ut
supra. Tandemque absentes à diuinis à participatione oblationum il-
luis diei excluduntur.

Cap. XXV.

Ropter defectum non residentium ministrorum ecclésiarum,
& maximè prælatorum, frequenter monasterij, & ecclésie non
nullæ desolatae noscuntur; & collabuntur paulatim: vel faltem
damna grauias patiuntur; & multa exinde pericula prouenient ani-
mabus; & plura scandala suscitantur: & ideo præstantialiter publi-
cè, & peremptoriè requiritur, & monemus abbates, priores, abba-
tissas, priorissas, archidiaconus, archipresbyteros, plebanos, recto-
res suorum locorum, canonicos, & clericos beneficiatos quolibet
nostra curia, ac diœcesis castellana; quod infra duos menses, à die
præsentis monitionis computandos, ad sua monasteria, ecclésias, be-
neficia, & loca, que, & quas obtinent in nostra ciuitate, & diœcesi
prædictis, reuertantur; facturi deinde in ante in monasterijs, cel-
lis, domibus, ac locis, ministris ecclésiarum deputatis, continuum re-
sidentiam apud illas ecclésias; & ipsis diuinis officijs teneantur,
etiam interesse. Et qui sunt præsentes illam residentiam conti-
neant. Quod si absentes non redierint: vel, si qui sunt præsentes,
se absentauerint per spacium duorum mensium: illos à diuinis su-
pendimus in his scriptis: quam suspensionem si per mensem ani-
mo sustinuerint pertinaci, èd illis perpetuò beneficijs sint priuati:
nisi ab ipsa residentia legitimo impedimentoo, & necessario excusen-
tur; de quo, aut de dispensatione canonica, si quam habuerint, no-
C bis,

c. Nos Mar-
ci. Statu-
mus. 2. Item
ordinamus.

2. Item sta-
tum. 4. Plebani. es-
titu. c. Item

ne, de vita
cleric. Cle-
mens. Bile-
fle. 2. Dile-
ctiss. 2.

Ad satum.
de elect. 1. La-
super. De ce-
lebr. miss.

PRIMÆ PAR. DE CELEBR. MISS. ETC.

bis, vel vicario nostro interim ficerint plenam fidem. Non intendentes, quod penitentia predicitis ligentur, qui domos ab ipsis ecclesijs non habuerint; dum tamen in dignitatibus, vel personatis non fuerint constituti: qui tamen sibi domos in parochia possint acquirere: licet aliter, ut posint, ad residentiam, & intereles diuinis officijs, teneantur. Decernimus insuper statuentes; quod quicunque de cætero quod vis beneficium in nostra ciuitate, vel diecesi fuerit affectus, ad similem residentiam, sub penitentia predictis, simili modo, & forma, teneatur; & in omnibus sit adstrictus. Interim autem eo tempore, quo absentes fuerint, vel presentes, aut residentes, non tam interfuerint diuinis, saltem missa maiori, vel communione in ecclesia celebrandis, de oblationibus nihil percipient ea die, inter alios, qui interfuerint, dividendis: alijs penitentia, contra tales per praedecessorum nostrorum constitutiones impositis, nihilominus in suo robore duraturis.

Ex Synodo Angeli Corario Epis. Cast.

Nullus eodem die, excepto natalis domini, missam bis celebret, sacram confiando Eucaristiam, pena interdicti ab ingressu ecclesie, & alijs.

Cap. XXVII.

Angelus Dei, & apostolica sedis &c. Volentes igitur futuris temporibus prouidere; & quod piè factum est firmius radicare; mandamus, atque statuimus hac nostra perpetua constitutione; quod nullus sacerdos in nostra ciuitate, & diecesi eodem die missam celebrat, bis confiando sacram eucaristiam; excepto Sacratissimo die nativitatis D.N.I.C.

Ad huius autem nostras, constitutionis obseruantiam omnes, & singulos presentes, & futuros; etiam si pontificali fulgeant dignitate; trina canonica monitione in domino monemus; & obsecramus sub pena interdicti ingressus ecclesie; quam ipso facto volumus incurrire omnes inobedientes, & transgressores; pena alia arbitria puniendo, secundum quod nobis, vel successoribus nostris via debitur opportunum?

Ex Synodo Marci Lando Epis. Cast.

Canonici in choro stent, & capitulariter incendant cum zanfarda, & cotta pena excommunicationis: alijs vero clericis in choro suarum ecclesiarum cum cotta pena solidorum decem.

Cap. XXVII.

Item

TITVLVS PRIMVS.

Item, quod canonici ecclesie castellanae, & ali in dignitatibus constituti in dicta ecclesia, dum missa, & diuinum officium celebratur, non ingrediantur chororum absque bireto, almuzia, sine zanfarda, & cotta. Et similiter obseruetur, si contigerit eos capitulariter incedere de per se, vel simul cum mansionatijs ad funeralia, vel alios actus; sub pena excommunicationis, quam incurrant ipso acto.

Item, quod aliquis clericus in factis, aut minoribus constitutus non audeat ingredi chorum, aut stet in choro, dum dicitur diuinum officium; nisi cum cotta (& hoc intelligi volumus in ecclesijs, in quibus sint instituti, & beneficiati) sub pena solidorum. x. pro qua liber uice, applicandorum fabricæ ecclesie,

Ex eodem Conc.

Clerici beneficiati dicant officium secundum antiphonarium in ecclesia; per se autem aliud ex dispensatione.

Cap. XXVIII.

Item omnes sacerdotes, & clerici beneficiati in diecesi nostra debent dicere, & cantare officium suum secundum antiphonarium, & alios libros ecclesie; & secundum quod in qualibet ecclesia consuetum est dici, sub pena; & c. Non inhibentes propterea, quilibet de per se non possit, & valeat dicere officium aliud; si secum fuerit legitimè dispensatum.

Ex Synodo Marci Lando Epis. Cast.

Clerici resideant in suis beneficiis pena priuationis; nisi spatiem habent ab ordinario licentiam; & absentes infra xv. dierum spatium redeant ad residendum, vel &c.

Cap. XXVIII.

NOs Marcus, & infra. Statuimus; quod quilibet clericus beneficiatus in diecesi nostra castellana teneatur in suo titulo, seu beneficio residere personaliter, sub pena priuationis; quam incurrat ipso facto hac monitione præmissa: nisi à nobis licentiam speciale & expressam habuerit. Et, qui nunc absentes sunt, debeant infra xv. dierum spaciun futurorum, à die publicationis præsentium connumerandorum, quorum &c. quod assignamus eis, venire ad faciendam residentiam: vel ad allegandam causam, quare dictam residentiam non faciant, sub pena priuationis; quam incurrant ipso facto.

c. statuimus

2. c. Pre-

pser defe-

blum. Item

ordinamus.

2. 1em fa-

tuimus. 4.

Plebanii. In

super iii. c.

Item. De

xi. a cler.e.

Dilecte. 2.

PRIMÆ PAR. DE CELEBR. MISS. ETC.

Ex eodem Syn.

Quilibet interfis nocturnis ac diurnis officijs, qui est beneficiatus, & absentes signentur; ac penit in fine cuiuslibet mensis satisfaciant.

Cap. XXX.

I Tem, quod quilibet beneficiatus, & titulatus in aliqua dictatum ecclaeiarum castellanæ diœcesis teneatur interesse diuinis officijs, cisis diurnis, & nocturnis cum cottis suis, siue superpelliceis; & per seuerare usque in finem, sub pena sua portionis illius diei, applicat de his, qui interfuerint.

I Tem, quod quilibet plebanus, aut rector ecclaeiarum diœcesis nostræ teneatur facere appunctari omnes sacerdotes, & clericos, & maximè in factis ordinibus constitutos; & admonere sacram, siue custodem de appunctando bene, & ordinatè omnes, qui non interfuerint diuinis officijs diurnis, & nocturnis; & in fine cuiuslibet mensis exigitur dictæ appunctationes per plebanum, vel rectorem ecclaeia, in utilitate eorum, qui interfuerunt.

Ex Syn. Francisci Bembo Epis. Cast.

Dies quibus vel soli solum plebani, vel beneficiati omnes tenentur interesse missæ ecclesia Castellana.

Cap. XXXI.

F ranciscus Bembus, & infra. Volentes igitur tam incommode, tabitis clerici, quam consuetudini, quæ permittit, ut ante finem missæ nostra ecclesia castellana clerici liberè possint recedere, prouidere canoniconum nostrorum, totiusque cleri, vel maioris partis ipsius ales, precatu, & consensu per hanc nostram constitutionem perpetuè duximus statuendum; quatenus de cetero in die Pentec. Vino, & cathedr. sancti Petri soli plebani; in vigilia vero Pent, in Solemnir. scilicet Petri de mensi Iunii, in dedicatione ecclesie Cast. plebani, & alij beneficiati omnes accedere teneantur; & interesse usque ad missæ complementarum cum cottis suis, sub penis antiquis conuenientibus: diebus nativitatibus gloriose V. Marie, & dominica prima Qua dragesim omnino sublati.

Ex Syn. Laurentij Iustiniano Patriar.

Cap. XXXII.

Annulatio præsumptionis consuetudinum.

Reuoca-

TITVLVS PRIMVS.

R Euocamus, & annullamus omnes corueltas, siue abusus, ca. Item fia quæ consuetudines nuncupantur, siue staruta, & ordinatio- tuimus, & circa diuinum officium, & vitam & honestatē cleri: quia indecens est, quod vitia consuetudine excusentur.

Ex Constitutionibus And. Bond. Patriar.

Clerici beneficiati omnes personaliter resideant; & absentes ad residentiam reuocantur infra xv. dierum spatium pena priuationis: omnes præterea interfuerint nocturnis & diurnis officijs cum cottis pena &c.

Cap. XXXIII.

S Tatuius vltorius, quod quilibet clericus beneficiatus in civitate, & diœcensi Vener. teneatur in suo beneficio personaliter residere sub pena priuationis: quam incurrat ipso facto, si se absenterat sine licentia nostra. Monemus præterea absentes in presertim, quatenus infra xv. dierum spatium post publicationem huius nostra constitutionis, quorum quinque pro primo, quinq; pro secundo, & alios quinque pro tertio, vltimo, & peremptorio termino aſsignamus: sub eadem pena priuationis venire debeat in suis beneficijs facturi residentium; aliaſ sint ipso iure suis beneficiis, à quibus se absenterant, in hac nostra diœcensi priuati.

Item quod quilibet beneficiatus teneat interesse diuinis officiis tam nocturnis, quam diurnis cum superpelliceis, siue cottis, & perseuerare usque in finem, sub pena priuationis sua portionis illius diei, applicandæ intercessentibus; & solidorum xx. applicando- rum ceteris de capitulo.

Ex eisdem Constit.

Plebani subditos clericos inobedientes per dies octo ab ecclesia possunt expellere; qui interim eorum portionem amittunt; & ex ipsorum præsentibus officiatur ecclesia ad nutum plebani. Cap. XXXIV.

I Tem quoniam decens est, ut inferiores obediant maioribus; statuimus quod quilibet plebanus possit quoscunque presbyteros, siue clericos sibi rebelles, & inobedientes expellere de ecclesia sua per octo dies. Et ne ipsi inobedientes uideantur commodum de sua

c. Propter
defectionem.
Nro. Mar-
cus. Pleba-
ni. Item or-
dinatur. Iem
statu. Iem
mut. &c. ed.
c. Item ne-
de vitacl.
c. Clemens.
Dilecti. 2.
Dilecti. 2.
Ad futuræ.
2. Dilecti.
c. Vt De-
cultur. Post
pulsione.
Vt esiam.
Propter de-
ficiem. Ite
quid. 2. Sta-
tuimus. 2.
Item statu-
mut. &c. ed.

Ex Syn. Proper de
ficiem. Ite
quid. 2. Sta-
tuimus. 2.
Item statu-
mut. &c. ed.

PRIMÆ PAR. DE CELEBRAT. MIS.

de sua malitia : eportare; quolumus, quod portio ipsorum, quæ occur-
ret in ista prædicto loco dies ; siue prouenerit ex funeralibus, siue
ex oblationibus deueniat; applicetur intercessoribus, uel alteri, qui
eius loco officium in ecclesia fecerit. Et si uidebitur plebanus, faciat
officiari ecclesiam sumptibus illius contumacis, etiam de procun-
tibus occurrentibus illis octo diebus.

Ex eisdem Const.

*Beneficiati in domibus residentia personaliter habitent : alias affectus
conuertantur in reparationem domorum, uel in fabricam ecclesie.*

Cap. XXXV.

II.

1. Propter defensionem &
Non Mar-
cianum.
Statutum.
4. Plebani.
Insuper. 20.
e. Aene.
De vita cl.
c. Clemens.
Dilectio. 2.
Dilectio. 2.
Ad suinr.
De fidelit.
441.
cap. Quia
in vob.
et Post pul-
fatione. 10.
ca. Item pa-
ri. 3.
ad e. An-
mabus. De
vita cler.

Item ordinamus; quod omnes beneficiati teneantur personaliter
habitate in domibus suorum beneficiorum, alias affectus qui pro-
uenerint ex eisdem conuertantur in reparacionem dictarum do-
morum; uel si non indiguerint reparacione, reuertantur in fabri-
cam ecclesie.

Ex eisdem Const.

*Memoria SS. Marci, Hermac. & Fort. Singulis diebus missa cante-
tur & dicuntur horæ modo &c. Et quilibet sacerdos semel in hebdoma-
da confiteatur saltem.*

Cap. XXXVI.

Item ordinamus ad honorem beatorum Marci, Herm. & Fort. vt
de ipsis memoria fiat in ferialibus officijs tā in matutinis, quam
in vesperis. Statuimus etiam ut in omnibus ecclesijs maximè ple-
biuum nostrarum singulis diebus hora competenti cantetur missa; &
ante ipsius decantationem semper legantur horæ canonicae maxi-
mè diebus ferialibus: diebus vero festiū cantentur hoc modo, vi-
delicer; tercia ante missam; & sexta legatur post missam: nona vero
immediate dicatur ante vesperas; & postea vespera decantentur.

Item ordinamus, quod quilibet sacerdos saltem semel in hebdo-
mada teneatur conserui peccata sua: & de hoc quilibet plebanus
teneatur singulo mense date nobis notitiam sub pena suspensionis
diuinorum.

Ex eis-

B I T I T V L S P R I M V S.

Ex eisdem Const.

Die sabbathi Sancti subditi clericij sunt ad ecclesijs baptisimales.

Cap. XXXVII.

Item ordinamus; quod omnes plebani, & alij sacerdotes in die IIII.
sabatti Sancti teneantur ire omni anno ad baptisimales ecclesijs ca. lit. cum
iuxta morem iamdu obseruatim, sub pena trium libratum, ap-
plicandarum illi ecclesiæ, in cuius iniuriam contumaciter renue-
rint accedere.

*Lumen sit in altari, dum celebrantur diuina: semperque ardeat ante
Corpus Domini..*

Cap. XXXVIII.

Item ordinamus; vt semper, dum diuina celebrantur, sit lumen
in altari; & semper die, noctuque ardeat lampas ante Corpus Do-
mini sub pena solidorum quadraginta pro qualibet vice.

ca. Item 89
dinamus.
i. cod.

Ex eisdem Const.

*Qui corrigant lectors; & ad cuius mandatum legendi finem
faciant.*

Cap. XXXIX.

Item ordinamus; quod sacerdotes, & alij clericij legant lectiones; *v. 1.*
& praesente plebano nullus corrigit lectors: nisi ipse plebanus,
sed ipso abiente, maior post plebanum, qui tunc praesens fuerit, *cap. Sacer-*
gerat vices plebani. Sacerdotes autem prædicti, uel clericij finem
*lectionibus non faciant nisi ad mandatum plebani, uel maioris ple-
bano absente: qui, si in contemptu alicuius prædictorum finem*
secerint, incurvant penam libratum trium.

Ex eisdem Const.

*Religiosorum vagantium, & apostatarum pena carceris: qui nec ad-
mittantur a plebanis ad missarum celebrationem, & officia.*

Cap. XL.

Prohibemus præterea; ut nullus monachus, aut frater cuiuscun-
que religionis, uel apostata, idest non differens habitum secun-
dum

PRIMÆ PAR. DE CELEBRA. MIS.

dùm Clem. Ne in agro, de stat. regul. dimisso monasterio, discurrat; aut uagetur per ciuitatem, aut diocesum nostrum, sub pena carceris ad arbitrium nostrum: & similiter inhibemus plebanis sub pena ducati unius qualibet vice, quod tales non admittant ad celebrandum, aut ad officiandum in eorum ecclesijs.

Ex eisdem Const.

Dies, quibus tenentur omnes clerci interesse missæ ecclesiæ Patriarchalis. Cap. X LI.

ap. Franci Schmid. Statuimus præterea; ut iuxta consuetudines, & constitutiones prædecessorum nostrorum in die Pent. Vinc. & Cath. S. Petri: folum plebani: in die uero Iouis sancti, sancti Petri, & Pauli, de mense Iunij, in dedicatione ecclesiæ nostræ patriarchalis teneantur omnes tam plebani, quam eriam alii beneficiari a cedere ad dictam nostram ecclesiam; & interesse usque ad missæ complementum cum cottis sub pena solidorum xx.

Ex eisdem Const.

Semel in hebdomada, vel singulis duabus hebdomadibus conficiatur corpus Christi; cuius, & oleorum sanctorum claves custodiuntur a plebanis, aut rectoribus; nec iuuueniibus permittantur, sub pena excommunicationis. Cap. X LII.

Precipimus insuper, & districte sub excommunicationis pena mandamus; vt semel in hebdomada, uel saltem infra duas hebdomadas semel hebdomadarius conficiat corpus Christi pro infermis; & confectum, siue seruatum per antea sumat.

Item præcipiendo mandamus; & mandando sub excommunicationis pena præcipimus omnibus plebanis, seu rectoribus; quatenus claves corporis Christi, & christiani, aut olei sancti diligenter custodian: nec committent illas clericis, aut iuuueniibus: nam humiliibus non committerent claves thesauri sui; fortius, nec huiusmodi claves dimittere debeant negligenter; ex quo multa enormia sequuntur, & maximè sacrilegia.

Ex Const.

TITVLVS PRIMVS.

Ex Const. Anton. Contareno Pat.

plebanorum, ac presbyterorum titulatorum, qui ipsiis dati sunt in partem sollicitudinis curæ; sollicitudo in eccliarum cura, sacramentorum custodia, ac bono parochianorum exemplo: ac negligentium, atque transgressorum grauioribus penas.

Cap. X LIIII.

Item statuimus; quod omnes plebani, & titulati presbyteri; qui plebanis in partem sollicitudinis curæ dati sunt; curam suarum eccliarum, ut tenentur, die, noctuq[ue] sollicitent cum charitate, & parochianorum suorum bono exemplo; & sacramenta ecclesiastica ita custodiant; quod non possint nisi ad petitum usum haberi. Si quis uero salutis sua immemor aliquo factamento abusus fuerit; uel abutendum alteri concecerit; & indignationem omnipotentis Dei, ac penas, & lacris canonibus talibus inflictas, se sciat incursum: & hac nostra sanctione penam priuationis omnium suorum beneficiorum eò ipso incurrat; & standi in carceribus per annum, & ultra ad beneplacitum nostrum: & tanquam male sentiens de sacramentis ecclesiæ sit etiam aliter puniendus,

Ex eisdem Const.

Beneficiati, & qui tenentur omnes ex constitutionibus patriarchalibus, vel ex consuetudine ecclesiæ missas tempore debito celebrent: inter sint diuinis cum cottis deuotè: non confabulentur; non uagentur per ecclesiæ, penitentia, &c. & celebrantes semel in hebdomada, saltem confiteantur.

Cap. X LIIII.

Item statuimus; quod omnes clerici præfatae nostræ diocesis cuiuscunque ordinis, gradus, & conditionis existant, officiantes ecclesiæ, & qui beneficiati sunt, in eis missas (vt ex constitutionibus prædecessorum nostrorum obligati sunt, vel ex consuetudine ipsorum eccliarum) tempore debito celebent: & quando diuina officia cantantur cum suis cottis induti, qui tenentur ratione suorum titulorum, uel ex forma testamentorum, debeant adesse in choro; & cum devotione, omisis confabulationibus, officium cum alijs dicere: & non uagari per ecclesiæ cum scandalo populi, & non sine

D offen-

PRIMÆ PAR. DE CELEBRA. MIS.

offensa diuinæ maiestatis. Si quis uero contrafecerit, per plebanum ipsius ecclesie, uel rectorem ab ipsa ecclesia, &c à participatione omnium emolumenterum illo die, & duobus sequentibus prouenientiis, expellatur; etiam si sit in ea titulatus: & cadat ad penam solidorum viginti parvorum pro qualibet vice; per ipsum plebanum auferendam; & in utilitatem ipsius ecclesie una cum portione emolumenterum, illis diebus inobedienti tangentे, conuentandam. Et qui missas celebrant singulis falcem hebdomadibus peccata sua teneantur sub pena excommunicationis confiteri.

Ex eisdem const.

Beneficiatus non absit absque licentia plebani; & ultra xv. dies absq[ue] licentia in scriptis ordinarij pena amissionis omnium fructuum intercessentibus titulatis d'uidendorum. Absens ultra mensem si quis fuerit absque licentia, constituantur in ecclesia vi. arius pro eo cum fructibus omnibus absens. Plebani ultra tres dies non absine pena lib. xxv. Cap. XLV.

III.
ca. Sacerdoti.
ea. idem.
Quoniam pie
ann. 5151. p. 3.

Item statutus; quod beneficiatus est in hac ciuitate à beneficio suo non recedat sine licentia plebani: & qui ultra xv. dies sine nostra licentia in scriptis obtenta se à beneficio suo absens tauerit, eò ipso cadat à participatione omnium fructuum illius beneficii certiorum; & in eis uel illis diebus prouenientiis, quibus absens fuerit; diuidendorum ut decima inter alios illius ecclesie titulatos, diuinis officijs interessentes: prouiso tamen semper ne ecclesia ipsa in diuinis obsequiis defraudetur illis diebus. Et si quis ultra mensem sine nostra licentia absens fuerit, per plebanum ipsius ecclesie, consulto suo ordinario, ad officiandum pro absente vicarius ponatur; qui integrum portionem illius absens in omnibus, & per omnia ad arbitrium nostrum percipiat. Saluis omnibus alijs constitutionibus praecellorum nostrorum, ac synodalibus contraria residentes statutis. Declarantes; quod & ipsi plebani ab ecclesijs suis recedere non debeat ultra tres dies sine licentia nostra, sub pena librarum xxv. diuidendarum ut supra.

Breue. pro missa in aurora Annuntiationis Beatissima Virginis.

Cap. XLVI.

Leo Papa. X.

A D perpetuam rei memoriam. Tunc nobis committi dispensationem thefauri fabrissimæ passionis dominicae dignè credimus exere-

TITVLVS PRIMVS.

14

mis exercere; cùm salubre eiusdem thefauri commercium in parochialium, ac aliarum quarumlibet ecclesiarū, & religiosorum decorem, cùm diuini cultus augumento, & populi deuotione, ac fideliū animarū salute fideliter cōuenit. Timuimusq[ue] fideles, ut populu domini no acceptabilē, & bonorum operum lectorum reddere ualeamus, ad complacendum eis, quasi quibusdam alliectiuis muneribus inuitamur; vt diuina gratia exinde reddantur apriores. Cupientes igitur, ut festum Annuntiationis B. Virginis Mariae, ad quam, sicut accepimus, venerabilis frater noster Antonius Cōnteno patriarcha Venetiaturum vehementissimum gerit deuotionis affectum; in ciuitate, & diecclsi Venetiaturum per amplius cum maiori fidelium deuotione solennizetur; & deuotor ad ipsum festum in singulis illarum partium fidelibus, sicut in earum pralato, & pastore ad animarum suarum salutem, & eiusdem Virginis honorem radicitus planteret: uniuersis & singulis veriusque tenuis Christi fidelibus uerè paenitentibus, & confessis, seu propulsum confiteundi habentibus, qui solenam missam in auctoritate in maiori, vel sancti Salvatoris, aut sancti Antonii Venetiaturum, seu aliqua alia dicta ciuitatis, vel diecclsi Venetiaturum tam virorum, quam mulierum monasteriorum, aut collegiata, uel parochialium, seu alia quauis etiam clericorum secularium eiusdem ciuitatis, & diecclsi Venetiaturum ecclesia, in festo predicto decantandæ, deuotè interfuerint; vel illam missam solemnam huiusmodi celebrauerint; uel illius celebrationis deseruerint: pro singulis uicibus, & diebus festi huiusmodi, quibus id fecerint, decem annos, & totidem quadragenias de iniunctis eis paenitentiis misericorditer in domino relaxamus. Praesentibus; quas sub quibusuis reuocationibus, suspenzionibus, limitationibus, annulationibus, vel modificationibus similium, uel dissimilium indulgentiarum à nobis, uel sede apostolica etiam in fauorem fabricæ principis apostolorum de urbe, aut expeditionis contra infideles, seu alia quauis, & quantumcumq[ue] urgentissima causa haec tenus, vel pro tempore emanatis, nullatenus comprehendendi, sed ab eis semper exceptas fuisse, esse & censeri debere decernimus: perpetuis futuris temporibus valitutis. Datum Rome apud S. Petrum sub anno p̄scatoris, die viii. Martii. M. D. XXI. Pont. nostri anno octauo.

TITVLI PRIMI FINIS.

D 2 DE

DE HABITV. ET TONSURA CLERICORVM.

TITVLVS SECUNDVS.

Ex Concil. Egidij, Dominici, & Angeli episc. Castell.
& Laurentij patriar.

Qualia sint clericorum indumenta superiora; & qui colores prohibiti.
Clerici præterea publicè non ludant, nec mulierum chorois intersint
pœna suspensionis, &c. Cap. I.

s. Item quo
eod.
c. Vestimētis
Syn. 3.



T honestas clericorum seruetur; præcipimus omnibus personam tenentibus, ac plebanis, canonicos, ecclesiasticorum cathedralium ministris, & aliis in sacris ordinibus constitutis; ut garnachias, & alia indumenta desuper, exceptis mantellis presbyteralibus, honesta, & clausa deferant; nimis breuitate, aut longitudine non notanda. Pannis rubeis, uel glaucis, exteriori, uel interiori, & uiridibus non uantur. Ad aleas etiam, uel alias quoscunque ludos publicè ludere, & coreis mulierum publicè assisteremus prohibemus. Transgressores autem sint per septimanam suspenſi à beneficio: & si quis ulterius contrafecerit, sit per mensem inhabilis ad ordinis, & ad alia beneficia obtinenda: & si expedierit, actius etiam puniatur: super qua tamen pœna permittimus, quid per ordinarios dispensetur.

Ex eisdem Concil.

Clerici omnes tonsuram, & coronam deferant clericalem: cum quibusdam tamen dispensetur. Cap. II.

c. Itē manus
mus. 2. eod.
c. Vestimētis
Syn. 3.
c. Clavis mul-
torum de us
sa. c. ricunt
c. non ingre-
diantur. Syn.
3. Clerici
nullatenus.
Syn. 2. item
quod aliquis
Item flos
mus 9. de us
tacer.
c. quoniam. eo.
c. ad repre-
mendum, 1.
de uita cle-
ri presbyteri.
Syn. 2. Ha-
bita. Syn. 3.

Clerici omnes, maximè in sacris ordinibus constituti, tonsuram, & coronam deferant congruentem, & clericalem. Transgressores autem careant uoce in capitulo; & sint inhabiles ad ordinis, & ad beneficia ordinenda, quousq; se correxerint. Excipimus tamē quinquagenarios, & permittimus, quid episcopi in suis diaconibus possint in aliquo, uel aliquibus paucis numero dispensare.

Ex

TITVLVS SECUNDVS. 15

Ex Conc. Dom. Lambert.

Clerici habitum, & clericalem tonsuram non deferentes careant priuilegio clericali; ex à indice seculari puniri ualeant. Cap. III.

Q uoniam; & infra. Primo, secundo, & tertio, & peremptoriò monemus omnes, & singulos plebanos, canonicos, & clericos, ut habitum, & tonsuram deferant suo statui, & ordini congruentes. Alioquin facient se priuilegio clericali nudatos; puniendos etiam per iudicem secularium, si fine habitu, & tonsura reperti fuerint in aliquo deliquisse. Indignum est enim ab ecclesia eis subueniri, per quos constat in ecclesia scandalum generari.

D. Marci Lando.

De manicis, uestibus, & caputis clericorum nonnulla. Corrigitur autem, siue zenturie argenteas, aut deauratas, & annuli doctoribus tantum ac in dignitate constitutis permittantur. Deferantque omnes coronam in capite magnitudinis hostie maioris. Cap. IIII.

I Tem, quid de cetero aliquis in ordine clericali, uel minoribus constitutus non audiat, aut presumat portare manicas largas, nisi duabus palmis: nec apertas uestes a parte inferiori ante, uel retro: & non audeant portare bandam caputii transcedentem cingulum sub pœna solidorum quadraginta, pro medietate accusatori, & pro medietate curie episcopali applicandorum.

Item, quid aliquis clericus, aut ecclesiastica persona non audit portare corrigias, siue zenturias argenteas, aut deauratas; nisi sit doctor, aut in dignitate constitutus; nec etiam annulos aureos, uel argenteos sub pœna amissionis rerum predictarum, applicandarum curia episcopali.

Item, quid omnes clerici, seu sacerdotes beneficiati diœcesis nostra deferentes debent in capite coronam concedeant, & non minus una hostia magna, sub pœna unius ducati, & plus, & minus ad arbitrium nostrum.

c. itē flos
mus. 2. his
ead. e. omne
aureum. Syn.
2. c. item si-
militer his
ead.

Ex

Ex Conc. Francisci Episc.

De eodem habitu clericorum. Cap. V.

*c. sicut enim 2.
sed. omnem
sym.* Item uolumus, & statuimus, quod nullus clericus in ordine constitutus audeat portare mantellum circum circa clausum; immo debeat ipsum habere apertum à parte anteriori in duabus partibus, ut uulgo dicitur, in crocella, sub pena librarium quinque, toties, &c.

*C. us enim.
sed.* Item uolumus, & statuimus; quod nullus in prædicto clericali ordine constitutus audeat portare mantellinas apertas à lateribus, nec à parte anteriori, & posteriori, nec uestes manicis carentes, sub pena librarium quinque, &c.

Ex const. Andreæ Bond. patr.

De habitu clericorum alia. Cap. VI.

*C. Superior.
v. 10.* **V**tit Hieronymus; nec affectata fordes: nec exquisita delicia landes parciunt. Ideò statuimus; ut quilibet clericus, cuius cunctus status, gradus, aut conditione existat, deferre debeat mantellum in crocella, siue cum fenestrillis, non nimia breuitate, aut longitudine notandum. Et si non deculerit mantellum, saltem deferat uestem simili longitudine, aut breuitate non notandam, que habeat manus non crispas ad humeros; nec sint nimis late ita quod possint natati de uanitate, aut ambitione.

Ex const. eisdem.

Clerici sint incessu ornati, & graues. Cap. VII.

*e. iste statutus
muri, 1. co. cu
que multorum* Item ordinamus; quod clerici prefati debeant esse ordinati in incessu; ut grauitate itineris mentis maturitatē ostendant. Nam, ut ait Augustinus; incompositio corporis qualitatem mentis indicat.

Ex

Ex eisdem constit.

Caputia uarisi, aut cendato suffulta, & cingula argentea, & deaurata prohibetur ut cap. 4 pennis in aliquo mutatis. Cap. VIII.

Item similiter prohibemus, ne quis deferat caputium uarisi, aut cendato suffultum; aut cingulum argenteum, uel deauratum; nisi sit doctor; aut aliás in tali dignitate constitutus, quod meritò de leuitate notari non possit: aliás incurrat penam librarium trium pro qualibet uice & cingulum sit accusatoris. Et quia fit mentio de amissione cinguli, & non capitii; prefatus D. patria, declaravit intentionem mentis sue esse, quod caputium sit accusatoris, sicut et cingulum.

Ex eisdem const.

Clerici secularibus negotijs non se immisceant pena excommunicacionis: neque tabernas, aut alia in honesta loca ingrediantur pena careeris. Deferant præterea coronam; comam non nutrient, &c. Cap. IX.

Item prohibemus sub interminatione anathematis; ne aliquis clericus cuiuscunq[ue] status secularibus negotijs se immisceat, sibi non decentibus.

Item prohibemus omnibus clericis; ne audeant intrare tabernas, e. cumque aut loca inhonestata, prostribula mulierum pena careeris, aut alia ad libitum nostrum.

Item omnes sacerdotes, aut clerici beneficiati nostre dioecesis teneant deferant clericalem condecorationem, & non minorem una hostia magna: nec permittant crescere capillos: sed illos tonderi faciant in modum corone; nec nutrient comam sub pena unius degredi, & plus, & minus ad libitum nostrum.

Ex const. Antonij Contarenio pat.

Clerici habitum deferant clericalem cum caputio colore non suffusto, & manicas duarum latitudinis quartarum; capillos, & barbam

bamb

*multorum.
Item prohibi-
mentum. item
statutus. g.
Non ingre-
diantur. Sy.
3. c. sequens*

DE HABITU, ET TONSURA CLER.
bam iuxta Conf. condeant; & condigna incedant granitate; p^{ro}-
nis &c. Cap. X.

*ea. Quoniam ad re
primendis. Ad re
gimine cler
icorum. Ite quod
est. Ita super
ior. Item ordi
nium. eod.*
Item statuimus; quod omnes clerici in sacris ordinibus constitui-
ti, & qui etiam in minoribus, si beneficiati in hac ciuitate sint, in
habitu claricali eum caputio colore non suffulto, & manicis vesti-
mentorum duarum quartarum latitudinem, & capillis aurum lon-
gitudinem non excedentibus, sine barba, cum congruenti tonsura
iuxta formam praedecessorum nostrorum, ac synodalium constitui-
tum condigna granitatem, ut clericos decet, incedant.

Si quis vero contrafecerit, p^{en}am librarum decem qualiber vice
incurrat, & amissionis caputij, incisionis manicarum vique ad debi-
tam latitudinem, barbae, & capillorum: & capitum sit accusatoris,
id legitimè probant; & pecuniaria poena diuidatur, vt supra.

Ex eisdem Conf.

Prohibentur vestimenta rubea, viridia, diuersisque coloris, sericea, cor-
viglia auro, argentoque ornatae, annuli p^{enis} &c. & saluis priu-
legijs. Cap. X I.

*ii. cap. 8. eod.
ea. Vellimus
vir. syn. 3.
ea. Ite quod.
Item simili-
per. eod. cap.
omnem dicit.
Syn. 2.*
Item statuimus; quod clerici quoconque priuilegio clericali gau-
dere uolentes, pannis rubeis, aut viridiibus, diuerlue coloris, uel
sericeis, excepto cendato nigro, vel corrigia auri, uel argenti orna-
tum habentibus, seu annulis aureis non utantur, sub p^{en}a libra-
rum x. toties, quoties erit contrafactum, per contrafacentem
incurrenda; & modo quo supra diuidenda; & amissio-
nis illarum rerum, quarum delationem pro-
hibemus; quæ sint denuntiantis;
saluis semper in dignitate
constitutorum pri-
uilegijs.

DE VITA. ET HONESTATE
CLERICORVM:

De eorundem quibusdam excessibus, residentia, habitu regimine
ecclesiastum, ac de maleficis artibus.

TITULVS TERTIVS.

Ex Syn. Angeli, & Dominici Episco. Cast. ac Lau-
rentij Patriarchæ.

Prohibetur clericis suspectas omnes mulieres, etiam amitas, & filios il-
legitimos eorum cum uxoribus domi secum, vel alibi in patriarchatu
retinere pena excommunicationis, & suspensionis à benefiis eccl-
esiasticis, & etiam priuationis. Cap. I.

*VIA mores, ac actus, in quantum possumus, cum Dei
adiutorio cupimus reformatre; auctoritate presentis
concilii salubriter prohibemus plebanis, & aliis om-
nibus in sacris ordinibus constitutis; ne in propriis
domibus, uel aliis audeant mercenarias, uel ancillas suspectas, filias,
uel filios suos illegitimos eorum cum uxoribus, uel amitis, de quibus
aliis fuerit sinistra suspicio, quantumcumq; processerint in die-
bus, uel etiam quaslibet concubinas publicè secum in domo, uel ali-
bi intra nostrem patriarchatum retinere; quas concubinas noticias
cum suis concubinatis excommunicationis vinculo innodamus.
Transgredientes quoque inhibitions presentes ab omni beneficio
ecclasiastico suspendimus, quoque se correxerint cum effectu, ad
arbitrium prælatorum suorum. Et si sic ligati, uel suspensi preflam-
perient celebrare, uel fructus beneficiorum, ut prius recipere; & nisi
infra annum absolitionem, seu relaxationem, & dispensationem
canonicam, & sufficientem ostenderent manifestè: omnibus eccl-
esiasticis beneficiis nostri patriarchatus perpetuò sint priuati.*

E Ex Conc,

*cap. Quoniam
clericorum.
Ad reprem-
dim 2. quod
aliquis Sie
tuimus. 1. eod.
In eod. syn.
2. Remini-
syn 3.*

PRIMÆ PAR. DE VITA ETI

Ex Conc. Egidij episc.

Clerici, nisi sint in itinere, non deferant armi excommunicati
et in pugna. Cap. I.

Item cōf.
2. Licit
Conciliū, m
nes clericis.
Statutum.
1. Item fia
zumus. 7.
ad. c. clerici
ai. Syn. 2.
e. cum arma
Syn. 3.

M Alitij hominum; atque lasciuij, ex quibus scandalum, atq; periculum solet oriri, obuiare volentes; omnes, & singulos clericos, ac personas ecclesiasticas absque episcopi licentia; nisi sint in itinere constituti; arma portantes, auctoritate facti huius concilii excommunicationis vinculo innodamus.

Ex eodem Conc.

Clericus educens gladium, vel percutiens, vel iniurias inferens laico eadem pena puniatur ab episcopo; qua laicus, hac in clericum comittit, a suo iudice puniatur: clerici autem, hac contra se ipsos perpetrantes, arbitrio ordinarij.

Cap. III.

4. Item fia
zumus 7.
ad.

Praesentis concilij auctoritate sancimus; ut si aliquis clericus eōtra laicum extraxerit gladium, aut ipsum aliquo modo percutierit, vel intulerit ei atrocies iniurias; ea pena pecuniorum a suo mulierum episcopos, quam laicus contra clericum committens similia a seculari iudice puniretur; ut si certa fuerit, & statuta apud laicos pars parva, vel magna, in ecclesiastico foro similis fueretur; si arbitria, & incerta, hoc idem episcopi arbitrio relinquatur. Si vero inter clericum, & clericum predicta, vel similia concitentur, ab episcopo arbitriarum puniantur; qui vtrobique pro qualitate delicti puniat delinquentes.

Maleficia peragentes captandi amoris causa; & omnes sacrilegi, fortiligii, herbarij, & malefici excommunicentur: & qui talia fieri faciunt & vel ad facientes accedant.

Cap. IV.

c. Prohibe
mus. 4. Item

Ad haec pro salute animarum omniibus coniugatis tam matribus, quam feminis sub anathemate prohibemus; ne prætex-

tu

TITVLVS TERTIVS.

18

tu captandi amoris, vel capiendi, aut obseruandi, quecumque maleficia facere praesumant. Generaliter autem omnes sacrilegos fortiligios, herbarios, & maleficos excommunicamus; & qui predicta maleficia fieri faciunt; seu qui ad eos accedunt,

Statutum.
4. Insuper
camus. eod-
em.

Thome episc.

Tralati ecclesiistarum, vel eorum vicarij formam diuinū officij subditis prescribant; & transgredientes puniant usque ad summam librarium quinque; a qua condemnatione possit appellari ad ordinarij. Faciant præserua plebani, & præbati omnes, ant vicearum continuam residentiam.

Cap. V.

I Tem ne sit expediens; & inscr. Volumus, & nostro presenti concilio statutimus; quod plebani, superiores, seu alij prælati, & in diebus celebri, eorum absentia eorum vicarij in suis civitatis, & ecclesijs circa missi, diuinum officium celebrandum eorum subditis presbyteris, & clericis modum, formam, & ordinem dare debeant: & delinquentes circa diuinum officium condemnare; & pecunialiter mulctare possint usque ad summam librarium quinque parvorum. Considerantes autem delinquentes personam, & excellum, & temporis qualitatem; penas ipsas in fabricam, & utilitatem ipsius ecclesie, circa quam delictum commissum fuerit in prædictis, utiliter statutimus conuertendas. Verum si quis ex condemnatione, & mulctatione huiusmodi putauerit se gravatum, ad diecelanum recursum habeat, pro iustitia consequenda. Et ut huiusmodi defectus per eosdem plebanos, seu præbatos habilius corrigi habeant, sicut decet; volumus ut ipsi per se, aut vicarij in eorum ecclesijs continuam residentiam facere sint adstricti.

Idem.

Sacerdotes quotidie, aut semel in hebdomada saltem; alij vero clerici semel in mense confiteantur.

Cap. VI.

c. defecum.
Not. Mar-
ci, Item or-
dinamus. 2.
Item statu-
mus. 4. Sta-
tumus. 2.
De celebra-
miss. 4. Ple-
bani. eod.

V Animabus subditorum nostrorum, nostraque prouinciae salubriss confulatur, voluit, & decreuit præfens concilium; quod quilibet sacerdos, missam celebrans, omni die ante-

E 3 quā m

c. Item ordi-
namur 4 De
celebr. miss.

PRIMÆ PAR. DE VITA ETC.

quād missam celebrēt, vel saltem semel in septimana: aliū verò clē-
rici in sacris ordinib⁹ confituti semel in mense saltem debeant.
& teneantur de suis peccatis omnibus confiteri; & s̄epius si expo-
dier; ac quoties opus fuerit: contrafaciētes per eorum ordina-
tios puniantur.

Idem patr.

Clerici honestē viuant: à facinoribus abstineant: publicè autem concu-
binas retinentes, & infra mensē non se corrigenentes voce capitulū,
vel ingressu ecclēsie priuantur. Secundo verò mensē non se corrigen-
tes à fructū beneficiorum perceptione suspenduntur, conuertendō
rum in statūm ecclēsiarum vilitatem. Qui autem tertio adhuc men-
se perseuerauerint excommunicantur: & beneficij priuantur.

Cap. VII.

I. *Quod alii quis. Statu-
mus. 2. c. 1.
vide.*
I Tem constitutionem bona memoriae Dominici predecessoris no-
stri duximus moderandam, videlicet. Clerici, siue sint, siue non
sint in sacris ordinib⁹ constituti, honestē viuere studeant; à fa-
cinoribus abstineant; & publicè nullace nus teneant concubinas.
Qui verò concubinas publicè, vel notoriè tenent, vel in futurum
diabolo suadente, tenebuntz poli quād ipsi clerici in synodis, vel
alter generaliter, vel nominatim moniti fuerint de concubinis pre-
dictis vñ eriū non tenendis; & ex nunc infra mensē huic nostro
præcepto, ac etiam præfata monitioni parere contempserint: voce
capituli, si fuerint in cathedralibus, siue collegiatis ecclēsiis benefi-
ciati, ipsi nouerint se priuatos: & si in aliis ecclēsiis titulari fuerint,
ab ingressu ecclēsia nouerint se suspenso. Et si in hiuusmodi rea-
tu per alium mensem, immedieat leuentem perstiterint, siue in ca-
thedralibus, siue in collegiatis ecclēsiis, vel aliis quibuscunque cu-
ratis, & non curatis beneficiati fuerint, à perceptione fructuum om-
nium beneficiorum suorum, qua obtinet, nouerint se esse suspen-
sos: quos fructus eidem per ordinarios auferri volumus, & præci-
pimus: ac per eosdem in vilitatem ecclēsiarum, à quibus ipsi fru-
ctus percepī fuerint; volumus sine diminutione aliqua conuerti. Et
si prædicti clerici nec sic tam detestando sceleri se emendauerint,
post lapsum alterius mēnis absque aliqua monitione ipso factō ex-
communicationis sententiam incurvant; nihilominus ordinarii fa-
predicti, si

TITVLVS TERTIVS.

19

prædicti, si eis expedire videbitur, contra eos ad perpetuām priua-
tionem, & alia iuriis remedia procedere non omittant. Si uero se cor-
rexit, ordinarij prædicti ipsiis clericis beneficium absolutionis
impendant; uocem in capitulo restituant; predictam suspensionē
remoueant; & ad perceptionem fructuum pro tempore futuro ad-
mittant. Volentes predictam constitutionem ad episcopos, univer-
sos, in nostra prouincia existentes extendi;

Idem.

Clerici arma non deferant offensionis nisi in itinere pena ad arbitrium
ordinarij.

Cap. VIIII.

I Tem constitutionem editam per prædecessorem nostrum bonæ
memoriae Egidiū, quæ incipit Malitijs hominum, &c. propter
animarum periculum moderantes; præfenti constitutione ad aliam
temporalem penam duximus reformad videlicet. Nullus clericus,
aut persona ecclēstia, sine sui licentia diocesani arma offensio-
nis, nisi sint in itinere constituti, extra ciuitatem, sub pena a dioces-
ano imponenda, & auferenda, aliqualiter deserere præsumat.

II.

*Vid. c. Malit.
tit. inf. c.*

Ex conc. Lamberti Epif. Cast.

Clericis prohibentur omnes mulieres in quibuscunque domibus; nisi sit
mater, aut consanguinea, siue ad quartum gradum, uel quinquaginta
annorum, & de qua nulla haberet possit suspicio, pena excommunica-
tionis, & pecuniaria.

Cap. IX.

Q Voniam clericorum; & infra. Hec salubri constitutione san-
cūmis; ut nullus clericus, cuiuscumque conditionis, & status dum huius-
existat nostra subiectus iurisdictioni, quo cumque qualiter colore, te-
nere debeat mulierem secum in domibus propriis, conductiis, uel
ecclēsias; nisi sint mater, aut foror, neptis, seu consanguinea eidem
clericō quarto gradu consanguinitatis coniuncta; uel nisi sit adē se-
nex, quod nulla possit sinistra inde oriti opinio, uidelicet quoqua-
ginta annorum, uel ultra. Nec etiam extra domos predictas aliquis
de predictis mulierem aliquam suspectam tenere audeat, monētes
omnes, & singulos. Et infra. Si quis autem hoc adimplere neglexe-
rit;

PRIMÆ PART DE VITA ETC.

rit: vel de ea terro mulierem aliquam superius prohibitam ad habendum tenere presumperit: in eumdem praesenti constitutione excommunicationis sententiam promulgamus. Et infra. Si quis huius nostra constitutionis temerarius uiolator extiterit; quinque solidorum etiam multam grossorum incurrit; quorum duos habeat unusquisque, qui nobis, vel vicario nostro eum uiol atorem de tulerit; si delationem ueram apparuerit esse; reliquis tribus ecclesiæ, cuius est clericus contrafaciens, applicandis, & in ipsius utilitatem conuertendis.

Ex eodem conc.

*Prohibitiones, & penae in clericos arma deferentes offendit, &
defensionis.* Cap. X.

ap. X.

*Vide c. Ma
litius, &c.*

Licet concilij, &c. & infra. Situatusimus; ne quis de cætero clericis arma portare debeat, nisi secundum quod Egidij, & Thomas constitutione cauetur. Si quis autem temerarius violator extiterit quinque libratum si cultellum, decem si ensim, viquinquaginta, si stoccum, decem, si loricam cerbeliarum, seu aliqua alia ornamenti huiusmodi, uel aliquam aliam armaturam offenditionis, uel defensionis detulerit, penam incurrat. Et infra. Quam quidem penam sic diuidi volumnus; ut uidelicet medietas guardianis de nonne, qui inuenierunt clericos cum armis predictis; & alia medietas ad opus fabricæ ecclesiæ propriae applicetur.

Ex synodo Bartholomei episc. cast.

Prohibetur clericis arma deferre , & quomodo , & pena .
Cap. X I.

Cap. XI.

*Vide cap.
Malitij.*

OMNES CLERICOS, qui de die, vel de nocte fuerint inventi cum armis nisi ab episcopo, vel eius vicario, eo absente, licet supra hoc obtinuerint; aut sint in itinere constituti; illis pennis, & pecuniis, seu pecuniaris penitus subiectis, quibus laici in similibus sunt subiecti. Illos eriam, qui a custodibus communis inventi, pecunia data se redimunt, ne in notitiam episcopi redigantur; duplicate penas, quam pro talibus armis sulcuri sufficiunt, multatione punimus.

Ex

TITVLVS TERTIVS.

Ex eodem Concilio deinde in eiusdem causa
nullus exerceatur, doceatur, aut docentes, & exercentes confundat, aut
domum introducat, maleficas artes: neque per se, aut per alium rebus
sacris abutatur pena excommunicationis. **Cap. XI** Iacobus

Prohibemus, ne quis fortilegam, & magicam artem, diuinatio-
nis, incantationis prohibita, seu maleficij genus exercere, vel
docere presumat; seu talia docentes, vel exercentes consulat; vel in
domos suas causa huius introducat: aut res sacras ad malum usum,
aut alium, quam ad quem instituta sunt, per se, vel per alium acci-
piat, vel conuerterat: alioquin omnes, & singulos supradictos execo-
municationis vinculo innodamus.

Ex conc. Angeli episc. cast.
Clerici habitum, & tonsuram ordinis conuenientem deferant, & honeste se habeant in officiis suis; alioquin ut in hoc cap. condemnentur.

Ad reprimendam & insta. Statuimus insuper, quod, qui cuncte clericis nostris diecesis in sacris ordinibus constitutus, vel personatum, vel dignitatem obtinens, ea non portaret, nisi habitum, & tonsuram eorum ordinis conuenientem; vel se non haberuerit honeste in actibus suis: in decem libras parvorum pro quo sicut libertate nostra camere condemnetur: & eis ipsi quod, in qualibet praedictorum excellerint, ipsos in dicta summa intelligimus condemnatos.

**Clerici, laici, & mulieres suspecte simul nō habebit indecetere, maxime in
domibus ecclesiasticis, ac monasteriorum: permitit illis aut consanguineas,
qui nuptiarum, ac alieno non suspecte cum licetia ordinarij penit. &c.
Cap. XIII.**

Aquod clericis, maximè in sacris ordinibus constituti, laici, & mulie-

C. *Insuper excommunicamus; item statuimus 4- ad hæc eo.*
C. *Liē statuimus 2. de celeb. misi. liē statuimus 1. Insuper excommunicamus; hoc eo.*

I.
C. Quoniam &c.
item statu-
mus. de ha-
bitu ele. p*ri*
de e. clericis
omnes . de
habitu cler.

I I.

PRIMÆ PAR. DE VITA ETC.

mulleræ in claustris, cellis, & locis, Dei, ministris ecclesiastum, ac mō naſteriorum deputatis, non cohabitent indecenter. Qui, cām ut plā rimū propter paupertatem, & tenuitatem beneficiorum famulos tenere nō possint; si decenter, cum parentibus, aut sororibus, amītis, uel cum aliis personis, quas sacri canones concedunt; inter quas naturale fēdus non permittit fēui criminis suspiciari: morari uolunt; uel illas fecum honestē tenere: praecaveant sibi sub quois quāsito colore, & pro seruitiis eorumdem cum illis etiam, uel fecū mulierem tenere suspeclam, uel aliam sibi non attinetem; nisi fuerit mulier bona uite, & conuersationis honeste, quæ sue uite annū quinquagesimum iam peregerit. Super quibus omnibus, ne fraus aliqua committatur; prius uolumus a nobis, uel uicario nostro licentiam postulari, & consideratis conditionibus personatum, si nobis, uel uicario nostro uidebitur, sine difficultate aliqua concessetur, si fuerit concedenda: aut negabitur, si fuerit neganda. Contrarium uero facientes in aliquo p̄missorum, pro qualibet muliere predicatorum, quam fecum in predictis domib⁹ habuerint, uel eidem, seu eisdem cohabitauerint, predicta licentia non obtenta, in libris uigintiquinque patitorum ex nunc nostra camēta condemnamus: & nihilominus grauius etiam puniantur.

Ex constitutionib⁹ Angeli Corario.

Clerici perpetrantes incestum cum sanctimonialibus uarijs penis plectur; & similiter sanctimoniales ipse. Cap. XV.

Angelus Dei, & apostolica sedis gratia, &c. Volumus, & haec nostra constitutione ordinamus, quod quicunque clerici, cuiuscunq; conditionis, ordinis, seu dignitatis existat, commiserit incestum uiolenter cum aliqua sanctimoniali; si perpetuo carceri ipso facto condemnatus; & cum compedibus ferreis per sex annos. Quod si voluntariè, ab lique uiolenti illa ipsam habuerit; sit ipso facto condemnatus carceri per sex annos; & cum compedibus ferreis per tres annos: & nihilominus referuamus maiorem pœnam inferendam iuxta calus qualitatem. Ista uero sanctimonialis, que voluntariè, & sine illa uiolenta incestuosa fuerit, sit ipso facto condemnata carceri per tres annos cum compedibus ferreis. Que uero uita fuerit per uiolentiam: & tamen consense-

TITVLVS TERTIVS. 21

ḡiuxta calus qualitatem puniatur. Super quibus referuamus maiorem pœnam inferendam iuxta qualitatem calus.

Ex conc. D. Marci Lando.

Clerici tabernas bibendi causa non ingrediantur; neque in honestum ludum exercentur; pena carceris. Cap. XV.

Item, quod aliquis clericus, sive aliqua ecclesiastica persona castellana diocesis non audet publice, uel occulte intrare tabernas causa bibendi; nec ludere ad aliquem ludum in honestum, sub pena carceris, & alterius penæ ad libitum nostrum.

Ex eodem conc.

Clerici concubinarij monentur pena priuationis beneficiorum.

Bap. Ann. XVII.

Quod aliquis in sacris, aut minoribus constitutus, sive titulatus, sive beneficiatus in dioecesi castellana, in domo sue habitatio- nis, aut alibi ad suam petitionem non audet tenere aliquam mulierem foecariam, aut concubinam, sive de fornicatione suspectam: monentes omnes, & singulos supradictos, in praesentia tenentes aliquam concubinam, aut aliam mulierem de adulterio, aut fornicatio ne suspeclam; quatenus infra terminum quindecim dierum proxime futurum, tribu monitione p̄missorum, & à die publicatio- nis presentis connumerandorum, debeat dictas concubinas, & mulieres suspectas dimittere, sub pena priuationis suorum beneficio- rum; quam incurvant ipso facto; & alterius poenæ eis inferendæ ad arbitrium nostrum.

Ex eodem conc.

Contra utentes sacramentis ad alium actum, etiam pium, preter eum, ad quem sunt instituta. Fœla præterea, & reprehensiones prohiben- tur laicis, & ecclesiasticis personis in locis sacris, & transgredientium penæ. Cap. XVII.

Item statuimus, quod aliquis sacerdos, aut beneficiatus in dioce- si castellana non audet dare aliqua sacramenta, nisi ad actum,

*Vide c. 1 de
habi. cler.*

I.
*c. iij. statu
mon. 2. dece
lebr. misi. &
prob. imp.
insper ex-
cōicam, hec
est.*

F ad

PRIMÆ PAR. DE VITA ETC.
ad quem instituta sunt; licet hat ad pium alium; sub pena unius discat, applicandi curia episcopali, & sub pena carcoris.

Item statutum; quod de cetero nulla persona tam ecclesiastica, quam secularis audeat facere aliquam factum, aut aliquas representatio-nes festorum in ecclesia, vel in locis factis; nec hat aliquid mutatio-vestitum cum barbis, aut capillariis.

Clerici autem nullibi possint indecelle absque licentia nostra. Clerici contrahentes incurant penam excommunicationis: clerici vero incurant penam libiarum decem applicandarum curia episcopali.

Ex Syn. Francisci episc. east.

Clericis in solemnitatibus missarum nouarum, & alijs prohibentur ludi, choree, & cantus p[ro]pria suspensionis, & pecuniaria. Cap. XIX.

Citem pro-
hibitu. v.
Decernimus, & statuimus quod omnes clerici missam nouam cantantes, solemniaque festa celebrantes, ne talibus solemniis, fetti, siue alibi quomodo inique, & qualitercumque, debeat sude-re ad aliquem ludum, choree, r[ec]reio etiam cantare, siue ad taxilli, cartas, atque tabellas ludere: & quod talia exercentes debeat interclericis, & infra penitentiaria missarum celebrationem per menses sex, & etia soluere teneantur libras quinque parvorum. Sed ille, qui missam cantavit, & huiusmodi solitaria in domo sua fieri palliis fuerit; debeat suspendi a missa celebratione per annum continuum, incep-trum a die primo missae; nec non soluere debeat libras decem parvorum; intelligendo, quod omnes penae pecuniarie, in topia scriptis casibus imposita, & annotata, debeat dividiri per hanc motum, videlicet media pars fit accusatoris, & alia media pars sit curia episcopalis, & qui accusauerit, secretus teneatur.

Ex conf. D. Laurentij Iust. patriarch.

Clericis prohibetur laicorum conuersatione ut rationibus, & gravioribus penas. Cap. XX.

Primitiv.
syn. 3.
In decretis legitur, & à sanctis patribus informamus; quod antiquitas censuit, laicos semper clericis suis, & esse infestos; ita ut am-

TITVLUS TERTIVS. 22

am modò in proverbiū deductum sit. Sed eu[m] magis dolendum est; iam experientia retum omnium magistra edocet, ut et clericis homines secularis quasi à natura exploratores dati: detestantur; ab his reprehendi, & corrigi, quotum uicem in nullo distinctam ab ipsi sacerdotibus iudicant: quod evenit per maximè noscitur ex conuersatione continua, quam ipsi clerici cum secularibus habent. Nam ipsi clerici ea non aduententes, quotidie magis existimatione uita sua deprimentur, & subvertuntur, cum ita conuersatione ipsorum hereant, ut exx cum alio conuersari discernantur. Quapropter statuimus, & ordinamus, ut in omnibus casib[us] ut contineat, tam in constitutionibus nostris, quam prædecessorum nostrorū, quicunque reperi fuerint culpabiles, aut transgreditores sociati cum laicis, quod in triplo condementur; quam si soli, vel cum clericis sociati inuenientur. Et uolumus, quod immensibiliter pena exigatur, si fuerit pecuniaria: si vero careeris, nullo pacto secum disponi possit, quin in carceribus publicis maneant per totum terminum a constitutionibus statutum,

Ex eisdem constit.

Clericis in cymbis cum laicis per canalia non discutant, aliquid in honestis per agentes: noctu non exeat carando, aut pulsando: & deambulantem maxime in foro D. Marci, & D. Pauli caueant ab omnibus in honestis verbis, in mulieres profertim, p[ro]pria pecuniaria, & careeris. Caueant in super ab illiciis ludis, eboris, locis in honestis, & aetibus clericatu indignis p[ro]ficiat in cap. Et immunitas clericorum, qui cum aliis deliquerint, & denunciarint. Cap. XLI.

Cumque multorum querela ab hominibus fuerit ad aures nostras sepius deductum; quod nonnulli clerici discoli, & lascivias dediti non uerentur, omnium timore Dei prostergato, ac sui status reverentia, & honore neglentis, publicè cum barbis felzatis, & non felzatis cum laicis per canalia Venerarium procari, & iuxta, usq[ue]care, omnia, aliosque actus ab hominibus facere; atque uerba in honestis malis verbis per amicis incidentibus dicere, & ut vulgo dicitur, motteggiate, quod in maximum cleri ob roburum escit, & contemptum, & in maximam ab hominacionem scelerum: statuimus, & ordinamus; quod si quis clericus sisus fuerit in barca cum aliquo seculari procari, & quid in honestum facere; siue eriam de no-

F i c

PRIMÆ PAR. DE VITA ET C.

Ete cantando, aut pulsando, ut dicuntur, mattinatas facere, aut etiā per viam ambulando, & quād maximē in foro. Saecūlū Marci, & S. Pauli uestra, in honesta lactate, & dicere, co ipso, quōd uisus fuerit, & D. episcopo demūnatis cum uenitate huic uidi, in honestatē pēp- traſſe, incurrit pēnam libracum quinque paruorum, applicandā ū pro medietate accusatori, qui ipſum denuntiauerit; & pro alia me- diate ecclesiā, in qua seruerit, seu beneficiatus fuerit. Et si secun- dō, aut plures coniūctus fuerit talia facere, ultra pēnam pradiſtam incurrit in pēnam catēris per dies quindēcim. Quām pēnam si noluerit episcopus commutare, necessariō habeat in commutatione petere, & obtinere capitulo sui aſſensum vt ſupra. Intupet ordinati- mus; quōd ſi dicti clerici ianuificerint, ſe laſconis, uel ludis illici- tis, uel choreis, uel locis in honestis; uel ad aſcupandū cūm arcu aues maritimis perexerint; aut alias res, uel actus indignos clēri- ci perpetraverint maximē cum laicis, per totum mēleū continuū beneficium, ſive portionem ſui tituli ecclēſiātici iplo iure perdant; & nihil omnium ipſi ecclēſie defuerit teneantur. Quōd ſi defen- re noluerint, moniti tertio tam per D. episcopum, quām per pleba- num, poſſit procedi ad priuationem, ſi reperi fuerint inobedientes. Et his non obſtantibus, paenit triplicatis, iuxta ſuperius dictis, mul- cēntur. In omnibus pradiſis ordinatis; quōd infra triduum ui- dentes, uel honestes clericos in honeste tē conueclari, teneantur dictam clēreorum iuhonestatē episcopo, vel eius vicario denuntiare; & habeant de bonis clerici denuntiati libras tres paruorum; & tenean- tur ſecreti. Et ſi plures uno uiffent, & eſent, qui huic constitutio- ni contrariaſſent; ille, qui denuntiari uollet, habeat dictis libras; & pro ea vice à quācumque pena ſi liber, ſi in ipſa ſocietate huius; dum- grādō in poſterū cauere diſponat, & ſe corrigeret.

Ex synodo eiusdem patris. *Clerici beneficiis ad aliam dæcesim se transferentes fraudulenter, etia-
oberto aliquo tempore beneficio, Ordines ibidem suscipientes, non
admittantur ad exercendis ordinis missis infra biennium examina-
ti. Beneficium in fraudem obtentum, quomodo intelligatur.*

Cap. VIII. X X I I.

C. TÉMOIN
ITEM 54
MARS 2. 494.

VTMALITIUS OCCURRATUR, & NE INHONESTAS, AUT IGNORANTIA LIBI
SUBTRIPAT, QUOD A LURE IMPROBATUS STATUIMUS; QUOD SI QUI
EXI-

831

TITVLVS TERTIVS. 23

existens titulatus in nostra dioecesi cupiens promoueri ad ordines, sed timens, ne ex defectu ignorantiae, vel ex alio admittatur, ad aliam diocesim, vel ecclesiam nobis non subiectam transierit, vel beneficium nullius pregiij in fraudem extra diocesum nostrum acceptaverit, vt inedijs ijs, vel aliquo illozum posse conlequi ordines: quod si infra biennium redierit ad diocesum nostrum, vt ordinem sic suscepimus exercere possit, vultenius admittatur sine nostra licentia, vel Vicarij nostri tamen, quod iterum examinetur; & si repertus fuerit idoneus, admittatur aliter expellatur. Declarantes, quod eō ipso, quō beneficium tenū redditus acceptauerit, intelligatur in fraude illud acceptabile & sic per consequens non admittatur, nisi vt supra.

Ex constitut. Andreae Bondimerio Patr.

Clerici secularibus negotijs non se immiscant, nec tabernas intrent, & alia ue loca inbo re la mulierum. Prohibentur in nouis missis pra& ceteris, chore, & ludi taxillorum, cartarum, & bibere in ecclesijs, & comedere.

Cap. XXXIII.

I Tem prohibemus sub intermissione anathematis; ne aliquis clericus cuiuscunq[ue] status lecularibus negotijs se immisceat, sibi non decentibus.

Item prohibemus omnibus clericis, ne audeat intrare tabernas, aut loca in honesta, siue prostibilia mulierum sub pena carceris, aut alia ad libitum nostrum. Prohibemus præterea fieri in celebratiō- nibus nouarum missarum, aut euāgeliorum chorœs, siue tripudia. Similiter prohibemus ludum taxillorum, & cartarum sub pena vnius ducati, & ampliori, prout nobis visum fuerit. Nec come- dant, aut bibant in ecclesiis.

STATUIMUS PRÆTEREA, QUOD NULLUS CLERICUS CUIUSCUNQUE STATUS, AUT
CONDITIONIS FIT, ADECAT TENERE CONCUBINAM, AUT FOCARIAM, VEL
EX EISDEM CONFRA
Clerici concubinas, aut suspectas mulieres non teneant pg. is, &c. Quia
mulier suspecta, si similiter arma non deferant clericis. Cap. XXIII.

Statuimis præterea, quod nullus clericus cuiuscunq[ue] status, aut conditionis sit, audeat tenere concubinam, aut focatiam, vel aliam.

aliam mulierem de incontinentia suspectam sub pena privationis beneficiorum, quæ obtinent; & que in futurum adipiscuntur: & si beneficiari non fuerint, incurvant penam standi per mensem in carcerebus; & grauis, si nobis videbitur, puniatur. Et quia posset dubitari, quæ mulier dicitur suspecta; hoc telenquimus arbitrio nostro, inspecta aetate ipsius. Et quia Ambrosius dicit, quod Iachimæ, & iotationes sunt arma clericorum; prohibemus omnibus clericis deferre arma sub pena amissionis armorum, & librarium rerum pro qualibet vice: nisi ista causa per nos permitti fuerint ad defensionem, & non offendentem;

Ex eisdem Const.

Plebani, & alij titulati accepta possessione secundorum beneficiorum nō
hile de prioribus percipiant. Excipluntur mansionarij. Cap. XXV.

I Vi communii inherentes, ordinamus quod plebani, & ceteri titulati, si contingat eos transferti ad alias ecclesias, dimissis prioribus, & a deputa possessione secundorum beneficiorum, nihil percipiant de prioribus; sive sunt oblationes, sive decima, sive imprestita, uel alij certi redditus. Salvo iure mansionariorum; cum illa non sint beneficia propriæ, sed potius locatio operarum.

Ex eisdem Const.

Elerici in fraudem ordinati in aliena diœcese non admittantur ad exercitium ordinis, nisi prius examinati: qui vero fuitius ordinantur penas suspensionis, & castoris plebantur. Cap. XXVII.

I Tem quia multi erici propter eorum mores, aut ignorantiam non ualeant a nobis ordinari, singuli uelle morati cum aliquibus prelatibus, uel in alienis diœcesis: & nihilominus postquam ordinati sunt immediate ceedunt: statuimus ergo, quod non admittantur ad exercitium ordinum sic susceptorum; etiam si infra biennium fecerint, nisi prorsus idonei reperti, & de nostra licentia exacti habati: & tunc sine suspensi ad libitum nocturnum. Statuimus iverius; ut si quis furius est, id est nobis inscius, ordinatus fuerit, sit suspensus per biennium ab ordinibus sic susceptis, & nihilominus pena castoris per duos menses, & alia graviori, si nobis videbitur, puniatur.

Ex eis-

Ex eisdem Const.

Nullus laicus, uel clericus sanctuariorum monasteriorum, aut eorum ingrediatur, aut frequenter, peccatis. Cap. XXVII.

M Oenamus suuriter omnes tam clericos, quam laicos, ac etiam religiosos sub intermissione maledictionis æternæ, ne audiant, ingredi monasteria sanctimonialium; nec illa etiam frequenter. Si quis autem contrafecerit sit excommunicatus. Et subsistit ipsa pena prohibitus laicus, ne ingrediantur patrem chori, ubi coeniunt moniales ad dicendum officia. Clericis vero sub pena etiam carceris idem prohibemus.

Ex eisdem Const.

Forenses ab plebani, uel ab alijs ad diuinam non admittantur, nisi habeant licentia ordinari. Cap. XXVIII.

STATUIMUS iverius; ut nec plebanus, uel qui uis alius audeant alii quem presbyterum forensem ad diuinam accipere in eorum ecclesiis nisi cum literis commendaciorum suorum pectorum, & nostra licentia inscriptis: sub pena ducatorum duorum, à quolibet contrafaciente ex mandato nostro auferendorum.

Ex eisdem Const.

Coniuges se separantes absque iudicio, uel licentia ecclesiastica excommunicentur; & inhabiles redduntur ad ecclesiastica sacramenta, pena sacerdotibus adhibita administrantibus. Cap. XXIX.

STATUIMUS 3, ut nullus coniugum ab altero discedat sub excommunicationis pena; nisi fuerint iudicio ecclæmatico separati, aut de licentia nostra. Et prohibemus plebanis, & alijs sacerdotibus istibzis administrare ecclæmatica sacramenta, sub pena suspensionis collationis sacramentorum, & vnius ducati pro qualibet vice.

Ex eis-

PRIMÆ PARTE VITA ETC.

Ex eisdem const.

Excommunicantur malefici, abentes Sacris, maleficiaque exerceentes; probisentur maleficiæ artes, docentesque eas excommunicantur.

Cap. XXX.

*I*n super excommunicatus omnes sacrilegos, & maleficos, & abentes ecclesiasticis sacramentis, ac facientes fieri predicta maleficia, sive herbarias. Prohibemus etiam magicam artem, diuinationis, & incantationis sub excommunicationis poena. Et sub simili prohibemus pœna, ne quis doceat, vel intrinseat talia exerciti.

Ex Const. Antonij Contareno Pat. Vene.

In blasphemantes clericos pœna. Cap. XXXI.

*I*mpetrato diuino suffragio, in primis statuimus, quod non sit aliquis clericus, cuiuscunque gradus, & conditionis existat, qui contra omnipotentem Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maximè matrem virginem Mariam lingua quoquomodo blasphemando, vel maledicendo relaxare, aut in alterius corporis, & sanguinem turpia, & inania verba proferre presumat, sub pœna lib. 20. & standi in carcerebus per mensem unum: quas pœnas irremitabiliter ipso facto, toties quoties huic nostra sanctiōne erit contrafactum, contrafacentes incurant. Cuius quidem pecuniaria pœna media, sit accusatoris, id legitimè probatois, qui secretus teneatur: & altera medietas inter hospitale D. nostri Iesu Christi, & hospitalie pietatis diuidatur: vel aliter, ut nobis æquitas suadebit.

Ex eisdem Const.

Eccliarium prelati, & capellani non permittant aliquem non ordinatum de licentia ordinary celebrare, nisi ipsius ordinary inspecta licentia, pœna unius ducati. Eandem pœnam incurvant, si aliquem admiserint non insigillatum charactere clericali ad officia in ipsorum ecclesijs

Cap. XXXII.

*I*tem statuimus, quod nullus plebanus, vel rector, aut aliquius monasterij monialium capellanus aliquem sacerdotem secularem, vel regularē

TITULUS TERTIVS. 25

regularem in monasterio suo non residentem, qui non fuerit in hac nostra diocesi, & de licentia nostra ordinatus, missam in ecclesia, vel capella sua celebante permittatur; qui non prius nobis, vel vicario nostro bullas suorum ordinum, & literas suorum prælatorum cōmen datitias, seu testimoniales ostenderit, & à nobis licentia in scriptis habuerit in hac ciuitate, & diocesi nostra celebrandi, sub pena unius ducatur: quam quilibet præfatorum, toties quoties contrafecerit, incurrat; & pœna diuidatur ut supra. Declarantes, ut eandem pœnam incurteat, si quis plebanus, aut rector sine expressa licentia aliquo non insignili charactere clericali, & in habitu clericali incidentem, pro clerico in ecclesia sua ad officiandum admittere præsumperit; que pœna etiam ut supra diuidatur.

Ex eisdem const.

Clerici non rixentur, maximè in ecclesia; neque in aliquem contumelioso proferant; & pœna eorum qui circa sanguinis effusionem in loco sacro ad verbera deuenient.

Cap. XXXIII.

*I*tem statuimus, & iuviolabiliter obseruati mandamus, quod nullus clericus, cuiuscunque ordinis, gradus, & conditionis existat, audeat cum aliquo, & maximè in ecclesia quo modo rixa, siue in aliquo contumeliosa verba proferre, sub pena unius duca tiquā contrafacentes toties, quoties contrafecerint, ipso facto incurrant. Declarantes, qd si quis in ecclesia, vel loco sacro, circa tamē sanguinis effusionem, cum aliquo ad verbera deuenierit, ultra passas a sacris canonibus statutas, pœnam lib. 50. toties quoties similiter contrafecerit, eo ipso iuviolabiliter incurrat, que pœna diuidatur ut supra.

Ex eisdem const.

Clerici magican artem exerceentes sacrilegi, sortilegi perpetuo exilio, priuatione beneficiorum et carcere per annum puniuntur. Has pœnas quando incurvant. Frangentes autem corfina quomodo hidem punitantur.

Cap. XXXIV.

*I*tem statuimus, & iuviolabiliter obseruari mandamus, qd nullus clericus, cuiuscunque ordinis gradus, & conditionis existat, plumat arte magica in hac ciuitate, & diocesi nostra exercere, sub pena perpetui exilia ab eisdem ciuitate, & diocesi, & priuationis, quorundam que beneficiorum suorum, & standi in carcerebus, per annum clausus;

III.

*Vide c. pribibemus.
eod.*

G quas

PRIMÆ PAR. DE VITA ETC.

quas penas eo ipso, quod de predictis accusatus, fuerit confessus, uel legitime coniunctus, incurat: & alias etiam factorum canonum penas talis culpabilis repertus non euadat. Et, si talis, durante banno, confinia fregerit; & in ciuitate, & diocesi nostra captus fuerit; cadat ad penam librarum centum, & standi in carcerebus per annum; & bannum reincipiat; nec de carcerebus relaxetur donec soluerit; & pena pecuniaria diuidatur, ut supra. Quas penas etiam incurant fortilegi, incantatores, & similes.

Ex eisdem constitut.

Clerici secularibus negotijs non se immisceant, in honestis, infamib; & iure prohibitis maximè, pena pecuniaria, & carceris. Incorrigibilis per annum a ciuitate, & diocesi exultent. Minores uero clerici, qui per dies quindecim predictis se immiscerint, careant beneficio defensionis ecclesiastici fori. Cap. XXXVI.

V.

I Tem statuimus, ne clerici in sacris ordinibus constituti secularibus negotiis se immisceant, & maximè in honestis; uidelicet, ne ioculatores, gladiatores, aut buffones siant, neve macellarii, tabernati, seu forulari officium exercant; aut infamibus, & à iure prohibitis exercitiis utantur, sub pena librarum quinquaginta, & standi in carcerebus per mensum, & ultra ad beneplacitum nostrum: quas penas eo ipso, quod quis denuntiatus fuerit; & pro tali legitime ei uictus fuerit, uel confessus, qualibet uice tremissibiliter incurrit, intelligatur: & è carceribus talis non relaxetur, nisi pena supradicta, & alii, que uenient persoluenda, solutis; quia pecuniaria pena, ut supra diuidatur. Et si erit incorrigibilis, ab hac ciuitate, & deinceps nostra uela ultra supradictas penas per annum bannatur. Et qui in minoribus ordinibus constituti enoribus, & alias iure prohibitibus exercitiis per quindecim dies se immiscerint, quorum eis ex nunc quinque pro primo, quinque pro secundo, & reliquos pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac canonica monitione afflignamus, eo ipso fine & esse intelligantur exuti omni commode defensionis a foro nostro, tanquam ab ecclesia obtinendo.

Ex eisdem constitut.

Clerici tabernas, & alia publica in honesta loca non ingrediantur causa come-

TITVLVS TERTIVS.

comedendi, uel in honesta alicuius operis faciendi: forenses autem in publicis hospitijs permituntur comedere tantum, & dormire. Cap. XXXVI.

VI.
Vide c. ita
probhibemus
de hab. cle.

I Tem statuimus; ut nullus clericus tabernas seu furatulas, vt vulgo dicitur, uel aliqua alia luforata, seu meretricum in honesta loca intret, gratia comedendi, bibendi, & iudicij vel aliquod aliud in honestum opus faciendi; nisi subsistente parentia propriæ domus in ciuitate, vt sunt forenses; quibus comedendi, bibendi, & dormiendi duntaxat in tabernis, uel hospitijs publicis id permisum intelligatur; sub pena librarum quinque; quam contras facientes, toutes, quoties contra fecerint, incurrit; quia pena diuidatur ut supra: & incorrigibilis carceretur per mensum.

Ex eisdem constitut.

Clerici absque licentia in scriptis armis non deferant die pena lib. decem noctu uero standi etiam in carcerebus, & amissionis armorum in utroque casu. Euaginantes uero arma in clericum, uel in laicum pecuniaria pena, carceris, & amissionis armorum prouinciarum officiales ordinarij qui intelligentur esse. Cap. XXXVII.

VII.
Vide c. mali
tuis sup. cod.

I Tem statuimus; quod non sit aliquis clericus cuiusvis ordinis, gradus, & conditionis existat, qui prælumat die, uel nocte arma cuiuscunque generis existant, portare, nisi de expressa licentia nostra in scriptis obtenta. Si quis uero de die, & ulque ad sonum secundæ campanæ inuentus fuerit cum armis, penam librarum decem, qui autem de nocte predictam penam, & standi in carcerebus per mensum incurrit; & utroque casu arma perdat. Et qui in clericum arma euaginauerit, librarum quinquaginta; & qui in laicam vigintiquinque; & utroque casu standi in carcerebus per dnos mensis ipso facto penam incurrit; & arma perdat; quæ sint capella crucifixi patriarchalis ecclesie, & pecuniaria pena diuidatur ut supra. Et officiales nostri hoc casu intelligentur capitanei palatij sancti Marci, platear, & rituoleti à nobis facultatibus habentes tales de tenendi, arma capiendo, & nostro nomine eos incarcerandi: & carcerati non relaxentur nisi pena sola cum aliis soluendis.

Coprefessio
evd.

Ex eisdem constit.

Clerici non sollicitent, non alloquantur moniales; neq; ipsarum frequētent monasteriorū sint amiti& sorores, aut neptes. Et in sanctimoniales apostatares, atque eas domi recipientes inuocatio cōstitutionis legis apostolici. Cap. XXXVIII.

VIII.
C. monachus
eod.

I Tem statuimus, & inuiolabiter obseruari mādamus; quōd nō sit aliquis clericus, cuiuscunque gradus, & conditionis existat, qui audeat aliquam sanctimonialē follicitare; uel collocutionē monialium in ecclesiis, uel parlatoriis earū dē aut alibi frequentare: exceptis amitis, sororibus, & neptib. duntaxat; aut sanctimonialē aliquā cantum, vel sonū aliquem docere sub pena libraruī 50. & alter etiā arbitrio nostro puniendus: & pena ipsa diuidatur ut supra. Reducimus etiam ad omniā memorię cōstitutionem bona memoria Reu. D. Nicolai Franco ep̄. Taruianī, in his partibus tunc cū potestate, legati de latere apostolici nunciū contra moniales extra monasteria sua existentes; siue eas in dominib. suis receptantes, & apostatas; quā quidem constitutionem in omnibus, & per omnia executioni demādati, atq; inuiolabiliter etiam obseruari decernimus.

Ex eiusdem constit.

Clerici non sīt lusores taxillorum, cartarum & alearum; nec ludentibus domum commendent, pena ut in capitulo. Cap. XXXIX.

IX.
Pide c. 1. de
tab. cle.

I Tem statuimus; quōd non sit aliquis clericus, qui ad aleas, uel taxillos, aut cartas ludat; seu ludoribus domū suam comodiuet sub pena libraruī x. pro qualibet vice; & pena diuidatur ut supra. Et qui ultra duas vices condemnatus fuerit pēnam lib. L. ut supra diuinendam, incurrat; & etiam alter arbitrio nostro puniendus.

Ex eiusdem constit.

Clerici suspectas mulieres secum domi non habeant, neque extra ad ipsorum requisitionem, & pena. Cap. XL.

X.

I Tem statuimus; quōd non sit aliquis clericus in sacris ordinibus constitutus, cuiuscunque gradus, status, & conditionis existat, & etiam

eriam non in sacris, si in hac nostra diocesi beneficiatus sit; qui præsumat tenēre in domo luę habitationis, uel extra ad requisitionē suā aliquam mulierem in honeste uite, uel de incontinentia suspectam, sub pena lib. 50. modo quo supra diuidenda, & etiam aliter arbitrio nostro puniendus. Et hēc nostra constitutio die decimo post harum nostrorū constitutionum publicationē ligare incipiat: & toties quoties eidē contrafactū fuerit, irremissibiliter cōtra delinquentes excusat, vñā cum alijs pēnis tam à iure communi, quam a prædeceſoribus nostris contra concubinarios itaturis.

Ex eisdem constit.

Clerici mimi non si int, neque laruentur pena excommunicationis, amissionis vestimentorum, lib. decem, & stanti in carceribus per mensem. Cap. XXXI.

X I.

I Tem statuimus; quōd nullus clericus le minimum faciat, seu larueri, uel mascherari præsumat, sub pena excommunicationis, & perditionis vestimentorum ad arbitrium nostrum, & libr. x. irremissibiliter ab inobediente auferendatur, & stanti in carceribus per mensem; & quōd ex eis non relaxerit donec pēnata soluerit: & etiā aliter a arbitrio nostro puniendus: & pena diuidatur ut supra.

Ex eiusdem const.

Clerici noctu non exeat ad faciendas, ut vulgo dicitur, matinatas, pena amissionis instrumentorum libr. xxv. & carceris per mensem. Cap. XLII.

X II.

I Tem statuimus; quōd nullus clericus in sacris ordinib. constitutus, uel in hac nostra diocesi beneficiatus, audeat de cātero de nocte ad faciendū (ut vulgo dicitur) matinatas exire, sub pena lib. xxv. & perditionis liutorum, & aliorū quōrumcunq; instrumentorum, & stan di in carcerib. per mensem: & lutis, & alia quæcunq; instrumenū, cū quibus repertus fuerit, sint capellā crucifixi patriarchalis ecclesie; & ipsa pecuniaria pena diuidatur ut supra. Declarantes, q; séper accusatores teneantur de secreto in omnib. supra scriptis caibus.

Prima part. conf. patriarchatus Venetiarum finis.

CONSTITUTIONVM,
ET PRIVILEGIORVM
PATRIARCHATVS VENET.
PARS SECUNDA.

DE ELECTIONIBVS PLEBANORVM,
atque titulorum, & earum confirmatione.

EX SYNODO BEATI LAURENTII
Iustiniano primi Patriarchæ Venet. XXX

Electiones fiant ab habentibus vocem in capitulo, & ibidem congregatis, preuis missa Sp. Sancti, & alijs orationibus. Et quomodo fiant. Et fiant præterea eorum, qui sunt de gremio, & gradatim, & quando, & quomodo. Cap. I.

RIDINAMVS; quod quandocunque plebanus, aut alius rector ecclesie seu titulatus in aliqua ecclesia obierit, sepulto corpore, omnes in ciuitate residentes ad electionem vocentur; nisi suspensi sint ab homine, aut excommunicati; & omnes in capitulo congregati primo missam Spiritus sancti audientem, hymnum. Veni creator spiritus cantent, aut legant; & tunc, aut per scrutinium, aut compromissum procedant ad electionem; nisi ex longa confusione introductum sit, ut per balotas, aut voces publicè prolatas ad electionē procedant; quam consuerudinem tolleramus: inibent tamen ipsi habentibus vocem in capitulo, ne facultatem habeant eligendi de extra gremium, quo usque sufficienter in moribus, & in literatura aliquem de capitulo habeant. Item, quia iustum, & decens esse videtur, ut qui maiori ordine ecclesiæ seruiunt, ponotibus beneficijs honorentur, ideo ordinamus, atque decernimus, ut gradatim fiant electiones, ut ad diaconalem titulum potius eligatur subdiaconus, quam simplex clericus; & sic de similibus; nisi disper sufficienia

TITVLVS DE ELECTIONIBVS. 28
ut comprobetur, aut diversitas in moribus propalatur: quia ille rūe dignior est, quem si penda meritorum extollunt.

Ex constitutionibus synodalibus Reverendissimi D. Andrea Bondimero patriarchæ venetiarum.

De electionibus beneficiatorum: ut omnium quoniam beneficiorum electio non possit esse nisi cum electione sacerdotum.

Electiones fiant ut cap. precedente. Absentes electores quot diebus exceptandi. Eligendi vero eodem in ordine sint constituti, prout ad item lumen sunt eligendi; ut presbyter ad presbyteratum; diaconus ad diaconatum: nisi fecerit ex dispensatione. Et cum de gremio non aderint, eligantur de gremio aliarum ecclesiarum. Cap. II.

Statuimus, & hac in perpetuum valitura, constitutione ordinamus; ut mortuo plebano, aut quocunque alio clero titulato, aut beneficiario in nostra ciuitate, & diecensi, celebratis prius de more exequijs, omnes de gremio capituli dicte ecclesie existentes in sacris, vocentur ad electionem; dummodo fuerint presentes; & personaliter residuae: absentes vero ab hora mortis defuncti expectentur per xxiiij. horas tantum: qui celebrata missa Spiritus sancti, & dicto hymno, Veni creator spiritus; statim procedant ad electionem per viam scrutinij; aut per ballotas, vel per viam compromissi, prout Deus inspiraverit. Quod si secus actum fuerit, ipsa electio viribus non subsistat. Item statuimus; ut nullus eligatur ad titulum presbyteralem, nisi sit in sacerdotio constitutus: & similiter ad diaconum, nisi sit in ordine diaconi: & simile dicimus de subdiacono; nisi hoc fiat ex dispensatione.

Item statuimus, & ordinamus; ut cum imineat aliqua electio fieri, semper fiat de gremio capitolii ipsius ecclesie, & gradatim, vides licet diaconus ad presbyteratum; & subdiaconus ad diaconatum; & si successu elegantur; dummodo repariantur idonei vita, moribus, & literatarias licet de quibuscumque ecclesijs eligere meliore. ex. ordine
m.s. Eod.

Et constit. Andrea Bondimero patriarcha

Domorum optatio quomodo fiat. Cap. III. Item

P A R S S E C V N D A . V T T

Item, iuxta laudabilem hactenū consuetudinem obseruatam, staruimus; vt cedente, vel descendente, aut aliā traslato aliquo, de presbyteris titulatis, alius maior post ipsum possit domum diuinam inſta 20. dierum spatium optare: quod si facere noluerit; alius, & maior post ipsum, & sic successivē posset infra dictum terminum. 20. dierum optare: aliā relinquatur succedenti in dicto primo titulo sic vacante. Et idem ordinamus de domib. quas praefati titulati per se ipsos non possunt, aut inhabitare nolunt: nā tunc careri possint illas domos optare, ac si praefati non habitantes eisdem renuntiassem.

De electionibus Plebanorum.

Electiones plebanorum fiant à parochianis in capitulo legiūm vocatis, ac congregatis; annulatur autē denominatio specialis, que per certas, & singulares cedulas fieri consueverat, & ut abusus omnino removetur.

Cap. I. I I I.

L E O P A P A X.

Elements.
Dilectio. 2
Dilectio. 2
Ad futurā.
ad c. ordi-
natus &c.
sumus.

Dilecte fili salutem, & apostolicam bene. Exposuit nobis dilectus filius Marinus Georgius patricius Venetus pro nobilitate tua, & dilectis filiis dominio Venetiarum ad nos, & sedem apostolicam orator, tuo & dominii huiusmodi nominibus; quod licet in ciuitate vestra ad parochiales ecclesias, plebanias, seu plebanatus nuncupatas, pro tempore vacantes, personae morum honestae, ac prudentiae predite, & virtute exemplaritate graues, & probatae per ipsarum ecclesiarum, seu plebanatuū parochianos in certo loco ad dictum specialiter uocatos, & congregatos, praecedentibus legitimis tractatibus, nominari, & praesentati conlueuerint: itamen diebus istis nonnulli, sensu potius, quam rationi seruientes; non attendentes, quod in plebanos, seu rectores praefatos eliguntur persona a parochianis cognita, fide, & integritate probata; quia miserabilibus personis, infra metas parochiarum existentibus, eleemosinias a parochianis collectas singulis annis distribuunt; antrum morem huiusmodi omittunt; & consensum a parochianis a certo tempore circa contra antiquum morem predictum, ut plurimum per cedulas a singulis singulariter subscriptas extorquere, mitin-

tur:

TITVLVS DE ELECT. ETC. 29
tur: quod si permetteretur diutius in dictis ecclesiis cultus dimicaretur; deuotio repeleret; & eleemosina huiusmodi personis in dignitibus, prout fieri solitum est, fortasse non distribuerentur. Quare idem Marinus dictis nominibus nobis humiliter supplicavit; vt in premisis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, super scriptum antiquum, & laudabilem morem approbantes, staruimus, & ordinamus. Quod perpetuis temporibus, occurrente ecclesiastum, seu plebanatum iuris patronatus huiusmodi vacatione, parochiarum illarum patroni consensum praesentando praestare non possint; nisi dum, & quando in loco solito, praecedentibus votacione illorum, qui presentationi huiusmodi in teresse debent, ac debitis tractatibus, congregati fuerint. Inhibentes omnibus dictis patronis sub excommunicationis lata sententie pena, ne aliquis consensum extra locum solitum, & non nisi votatis omnibus, & adiunatis praestare prasumant. decernentes irritum & inane quicquid fecerit super hoc a quoquam attemptari contigerit.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anullo piscatoris,
Die. I. I I I. Februario. M. D. XVII. Pont. Nostri Anno 1111.

A Tergo.

Dilecto filio Nobili viro Leonardo
Lauredano Duci Venetiarum.

Bembus.

Confirmatio iuris patronatus parochianorum, & constitutionum super electionibus titulatōrum, cum multis ac maximis priuilegijs.

Cap. V.

c. dilecto 1.

Datur 2.

D. I. H. 2.

Ad futurā.

eo iii. cor-

dramus. &

prauimus.

et eu-

C Lemens Episcopus seruus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram beati Petri sedem, meritis licet imparibus, diuina dispositione votati, curis angimur assiduis, & continua meditatione pulsamur; ad ea, per quae maiestas altissimi ubique collaudetur; cultusque sui gloriosi nominis cū deuotione con-

H serua-

PARTIS SECUNDAB.

seruantur, & ampliantur, & ministri idonei ad hoc deputentur, solici-
te intendantur; ac illa, qua propter ea etiam apostolica auctoritate
geita comperimus, ut primiora persistant cum a nobis petitur, apo-
stolici muniminis praesidio solidamus; & alia pro eorum obseruatio-
ne prouidemus, prout Ducum, & altiarum nobilium personarum,
eisdem sedi deuotarum, ad hoc tendentia vota expofcunt; & id in
domino confidimus salubriter expedire, sanè pro parte dilectorū
filiorum nobilis viri Andreæ Gritti Ducis, & Domini Venetorum
nobis nuper exhibita peticio continebat, dudum felicis recorda-
tionis Leoni Papæ decimo praedecessori nostro pro parte tunc Du-
cis, & eorundem Domini Venetorum exposito; quod licet in ciuitate
Venetiarum ad parochiales ecclesiæ plebanias, seu plebanatus
nuncupatas, pro tempore vacantes, persone morum honestarum, &
prudentia praeditarum ac vita exemplaritatem graues, & probatae per ip-
sum ecclesiæm seu plebanatum parochianos, certo loco ad id
deputato, specialiter vocatos, & congregatos, & precedentibus legi-
timis tractatibus nominati, & presentari conueissent: tamen non
nulli potius sensi, quam rationi seruientes, non attendentes, quod
in plebanos seu rectores ecclesiæm huiusmodi eligebantur perso-
nae a parochianis cognite, fide, & integritate probata, quæ misera-
bilis personis inita limites parochiarum illarum existentibus
eleemosinas, a parochianis collectas, singulis annis distribuebant;
antiquum morem huiusmodi omittebant, & cōfensum a parochia-
nis a certo tempore circa contra antiquum morem praeditum ut
plurimum per cedulas a singulariter sulcipere, & extor-
quere nitabantur: quod si permitteretur diutius in dictis ecclesijs
diuinus cultus diminueretur, deuotio tepesceret, & langueret,
ac eleemosina huiusmodi personis indigenibus, ut fieri solitum
erat, fortasse non distibuerentur: prefatus prelecelor, tunc Ducis,
& Domini praedicatorum supplicationibus in ea parte inclinatus,
superdictum antiquum & laudabilem modum ac morem appro-
bans, suis in forma breuis litteris statuit, & ordinavit. Quod ex
tunc perpetuis futuris temporibus, occidente ecclesiæm, seu ple-
baniarum iuris patronatus huiusmodi vacatione, parochiani illarum
consensu praestare non poscenti dum, & quādō in solito loco,
precedente vocatione illorum, qui presentatione huiusmodi inte-
resse deberent, ac debitis tractatibus, congregati forent. Inhibens
omnibus patronis predictis, sub excommunicationis latæ senten-
tiae

TITVLVS DE ELECT. ETC.

¹⁰
tie pœna, ne alicui consensum extra locum solitum, & non nisi vo-
eatis omnibus, & adunatis, praestare præsumerent, ac decernens irri-
tum, & inane quicquid super hoc a quoquam artefacti continget,
prout in eisdem litteris dicitur plenus continet. Cum autem, si
cut eadem peritis subiungebat, in dicta ciuitate, seu illius collegia-
tis, ac huiusmodi parochialibus ecclesiæs sint diversa beneficia ec-
clesiastica presbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia nuncupata; ad
electionem capitulorum, & collegiorum eundem ecclesiæ, &
con confirmationem pro tempore existentis Patriarchæ Venetiarum
spectantia & ad illa dum pro tempore vacant, tam iuxta constitu-
tiones Patriarchales Venetiarum, quam eriam per bona memorie
Laurentium Iustinianum & Andream Bondimerium deluper edi-
tas, & per alios Patriarchas Venetiarum reformatas. & a tunc pro-
curatoribus cleri Venetiarum approbatas, & confirmatas, nec non
de consuetudine haec tenus ut plurimū obseruatæ, personæ idoneæ
de gremio ipsarum ecclesiæ, si vita, moribus, & aetate idoneæ re-
periantur; alias de quibuscumque alii ecclesiæ ciuitatis Venetiarum,
gradatim, videlicet diaconus ad presbyteratum, & subdiaconus ad
Diaconatum, nuncupata beneficia huiusmodi per tunc capitula, &
^{ca. Proprie-}
^{defensum,}
collegia praedita eligi soleant, & sepius contingat, ut beneficia ip-
sa licet fructus illorum temores sint, a personis minus idoneis, quæ
neque velint, neque possint eisdem ecclesiæs in diuinis deseruire,
contra constitutiones Patriarchales huiusmodi in diuinis deseruire,
^{Nr. Mar-}
^{cui. Statis-}
^{muz. 2. Item}
ordinamus.
contra constitutiones Patriarchales huiusmodi per tunc capitula, &
impetrantur, ex quo diuinus cultus, qui obseruatione earundē con-
stitutionum in dictis ecclesiæs obseruabatur, & per deferventes il-
lis sub spæretributionis ad Dei laudem, & Christi gloriam deuo-
tionem augetur, detrimentum seu diminutionem sustinere dino-
scitur. Et causa propter quas statutum, inhibito & litteræ pra-
decessoris huiusmodi pro ecclesiæ ciuitatis Venetiarum huiusmo-
di emanarunt, & dictæ constitutiones Patriarchales editæ fuerunt,
etiam in Murano, & Maiurbio, ac Torcello, & Burano Torcellan. ac
Mathematico Clugen. Diocesum Opidis, seu locis, & dictæ ciuitati
circunciuntur, & temporalia dictio Ducis & Domini praedicatorū
subiectis, subsistant, & in illis eriam seruari debeat; maximè cū in
illis non nulli minus idonei ad ecclesiæs parochiales eorundem, &
beneficia in illis consistentia ad electionem capitulorum, seu colle-
giorum, ac confirmationem ordinarii loci pertinentia, exquisita, &
indirecta via eligi procurent: pro parte Andreæ Ducas, & Domini

P A R T I S S E C V N D A E

prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum; ut, ne in præfatis ecclesiis adè frequens diuinorū celebratio diminuatur, & deuotio tepeſcat: ſed potius pauperum clericorum in eis ſeruientium circa diuina exercenda tollicitudo, ac bonis effectibus creſcat: ſtatuto, ordinationi, inhibitoni, & decreto huiusmodi noſtre approbationis robur adiicere; ac alia in premiis opportunè prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui diuini, cultus, & deuotionis fidelium conuerterem, & augmentum noſtri præfertim temporibus supremis, ac ſinceris exoptamus afferib; tenores dictarum litterarum, & constitutionum Patriarchalium præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volentes; huiusmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatutum, ordinationem, inhibitio- nem, ac decretum & litteras Leonis prædeceſſoris, nec non ſingulas conſtitutiones patriarchales prædictas ex certa noſtra scientia au- toritate apostolica tenore præſentium approbamus, & conſiemam- uis; ac illis perpetua firmitatis robur adiicimus, & illa firmiter ob- feruari debere decernimus. Nec non ad ſingula de Murano, Mauri- bio, Torcello, Burano, & Mathemaco loca, & illorum ecclieſias, ac ſingula in illis coſtentiā beneficia prædicta; ita cù dectero per- petuis futuris temporibus occurrente ecclieſiarum locorum eorūdem, & beneficiorum in illis coſtentiūm prædictorum vacatione: pa- rochiani eorūdem ecclieſiarum patroni conſenſum, niſi dum, & quando in loco ſolito, præcedentibus vocatione illorum, qui præſe- tationi huiusmodi interelle dehent, & debitis traſcatibus congrega- ti fuerint, iuxta tenorem litterarum ipsarum præſtare non poſſunt: de extra locum ſolitum, ac non ſic vocariſ & adunati, conſenſum pra- flare præſumentes excommunicationis late ſententie poena incurrant, nullique ad beneficia, in ei/dem ecclieſis coſtentia, niſi iuxta patriarchales conſtitutiones prædictas idonei, de gremio eorūdem ecclieſiarum, ſi vita moribus & ætate idonei reperiuerint, alias de quibuscumq; ecclieſis; gradatim, videlicet diaconi, ad presbyteratus, & subdiaconi ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per il- lorum capitula, ſeu collegia, aut alios, ad quos pertinet eligi valeat: & quicquid fecus attentari conigerit, tritum & inane exiftat: au- toritate & tenore prædictis extendimus & ampliamus, ſupplientes omnes & ſingulos iuriſ, & facti defectus; ſi qui forſan in editione ip- ſarum conſtitutionum patriarchalium interuenierint. Et nihilomi- nus pro potiori cautella premiā omnia & ſingula etiam pro ecclieſis

T I T U L U S D E E L E C T I O N I B U S.

31

Huius ſingulorum locorum prædictorum, quod qui ſimiliter decete- to perpetuis futuris temporibus, occurrente vacatione beneficiorum in ecclieſis ciuitatis & ſingulorum locorum huiusmodi, capitula, & collegia eorūdem ecclieſiarum, in quibus beneficia huiusmodi va- care contigerit, ut præfertur ad electionem perſonarum, modo præ- milio, qualificatarum ad dicta beneficia ſic vacantia, & gradatim iux- ta conſtitutiones predictas procedere; ac perſonas ſic per eos ele- das Patriarcha, & loci ordinario pro tempore existenti, per eum vel eos conſimandas, ſeu inſtituendas, præfentare debeat & teneat, & elections ad ipsa forma iuriſ, & conſtitutionum patriarchalium non ſeruata, vel de perſonis indignis & non idoneis pro tempore fa- te, nullius roboris vel momenti exiftant. Quodq; ſi diuīs Patriarcha pro tempore existens electionem alius cuius ad aliquod beneficio- rum huiusmodi pro tempore electi, ſub prætextu, quod in electione ipsa iuriſ forma, ac conſtitutionum ſinodalium patriarchalium, ob- ſeruata non fuerit, vel quod perſona electi indigna & no idonea fit, conſimare, ſeu ipſum electum inſtituere recufauerit; ab huiusmodi conſtitutionis, vel inſtitutionis recuſatione, appellari poſſit, per il- lum, qui ab ipſo Patriarcha vele eius prædeceſſore examinatus, ſeu de eius licentia ad ſacros ordines promotus fuerit; niſi aliiquid poſt ordinum fuſcepſionem commiſerit, propter quod ſe indignum redi- dierit. Et cu quo appellari poſſit, ut præfertur, cauſa in aſta appella- tionis in ciuitate Venetiarum committi, & cognosci, & vniuersitatem, que viu triū ſententiarum diſtinguitorum conformiū ha- bere, & illi ſtati debeat. Et ſi contingat male appellatum declarari; ex tuni liceat electoribus ipſis de nouo, pro alia vice dunatax, ad aliam electionem procedere. Si vero Patriarcha, vel loci ordinarii prædicti nouam electionem prædictam tanquam contra iuriſ, & co- ſtitutionum predictarum formam, vel de indigno, & non idoneo ſcienter celebretani conſimare recuſauerint; & ab huiusmodi reca- ſatione ſicut appellari; & per iudicem appellationis huiusmodi male appellatum uifile declarari; ex tunc fine ulteriori appellatione, liceat Patriarchae ipſi de beneficiis huiusmodi pro ea vice dunatax libere prouidere: Ac interim appellationibus huiusmodi pen- dentibus ipſi, aut capitula, ſeu collegia predicta de beneficiis huiusmodi vacantiibus nullatenus diſponere, aut alias in cauſis huiusmodi aliiquid innouare poſſint, ſtatutus; diſtrictus inhibentes ſub excommunicationis late ſententiae poena oīnibus & ſingulis capi- tula

PARTIS SECUNDÆ

tula & collegia huiusmodi facientibus, & re praesentantibus, ne ad
lectionem alicuius nisi in loco capitulari, & solito ecclesiarium ipsa
cum, ac vocatis omnibus, quorum interest, iuxta ipsarum constitutio-
num formam procedere quoquo modo præsumant; nec ipse Patriarcha
cha pro tempore, personas, sic pro tempore eleclas ad renuntiandum,
seu cedendum prioribus suis titulis, seu beneficii etiam sub simili-
lis excommunicationis latè sententiæ pena per contrafaciens in-
currenda, interpellare, seu cogere aut eorum resignationes, seu ces-
siones admittere; sed beneficia ipsa per aliorum affectionem vaca-
re permettere, & de illis iuxta constitutiones prædictas disponere
debeant. Irritum quoq; & inane si secus super his à quoquam qua-
uis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit decer-
pentes.

Q V O C I R C A Venerabili fratri nostro Episcopo Pa-
phen, & dilecti filii sancti Gregorii Venetiarum, ac sancti Thomæ
Burgundiorum Torcellan. Dioecesis Monasteriorum Abbatib, per
apostolica scripta mandamus; quatenus ipsi, vel duo, aut vnu s eorū
per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta qua-
cunque, vbi, & quando opus fuerit, ac pro parte dicti Andreae, &
pro tempore existentis Ducis Venetorum & Dominii prædi-
ctorum desuper furent requisiti solemniter publicantes, eisq;
in premisis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant
auctoritate nostra praesentes litteras, & in eis contenta huius-
modi. ac singulos quos ipse praesentes concernant, illis pa-
cificè gaudent; non permittentes eos desuper per quoconque
quoniam libet indebitate molestari: Contradictores quolibet &
rebelles per censuras, & penas ecclesiasticas, appellacione
postposita, compescendo; ac legitimis super his habendis feruatis
processibus censuras & penas ipsas iteratis vicibus agravando: In-
vocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii faculari. Non
obstantibus premillis, ac apostolicis, & nonnullis patriarchali-
bus etiam de consensu cleri, ac synodalibus etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia rotaborat consti-
tutionibus, & ordinationibus; necnon quibusvis specialib, vel gene-
ralib, etiam mentalibus reservationibus, expectatiis, & aliis gratis
perpetuis & temporalib, vniuersitatis, suppressionib, absque consensu
coadiutorum, deputationibus, nominationibus citra accessus &
regressus facultatibus, mandatis, priuilegiis, concessionibus, collatio-
nibus, prouisionibus, & aliis dispositionibus, litteris, & indultis,
etiam

TIT. DE ELECT. ETC.

32
etiam quibusvis personis cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, or-
dinis, vel conditionis existentibus, etiam cardinaliatus honore fun-
gentibus, ac nostris, & pro tempore existentis Roman. Pontificis et
antiquis, & pro tempore descriptis familiaribus continuis communi-
calibus, etiam regum, & aliorum principum contemplatione vel in-
tuitu; seu in eorum, aut ecclesiastum vel piorum locorum; aut etiam
in nullius fauorem, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de
Apostolica potestatis plenitudine, ex quibus vis causis, ac cum qui
busvis suspensionibus, restrictionibus, declarationibus, & alijs etiā
derogatoriarum derogatorijs, ac efficacibus, & insolitis clausebus it-
ritantibusque etiam, vim contraictus inducentib, decretis per nos,
& fedem prædictam in genere vel in specie concessis, & factis, ac in
postero concedendis, & faciendis; quas & que, eorumq; omnium
vim, & effectum, etiam si de illis, eorumque totis tenetis, specialis
specifica individua, & expressa mentio habenda fore, illorū tenores
huiusmodi, ac formas, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad
verbū inferri forent presentib, pro sufficienter expressis habentes
quod ad premissa, omnino suspendimus, & in dictis beneficijs effe-
ctum sortiri, aut locum sibi vediare, vel etiam ad illa se extenderet,
aut illorū prætextu ius aliquod ad beneficia ipsa acquiriri, nec ad illa
in aliquo suffragari posse, & sic per quoconque iudices quatuor au-
toritate fungentes sublata eis, & eoru cūlibet quauis alter et iudicā-
di, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari debet et quic-
quid secus super his a quoquam quauis auctoritate sciēt vel igno-
rante contigerit attentari, irritū & inane decernimus: cōtrarijs qui
busconque. Aut si aliquib, communiter vel diuiniſim a dicta in sede
indulsum, q; interdicti suspendi vel excommunicari nō possint per
litteras Apostolicas non facientes plenā & expressam, ac de verbo ad
verbū de induito huiusmodi mentionem. Volumus aut, q; ad ecclē-
sias, & beneficia prædicta pro tempore, vt præfertur, elec̄ti, si illa di-
spositioni A postolice generaliter referuata fuerint, infra tres men-
ses, a die factarum electionum huiusmodi computandos, nouā pro-
uisionem illorum a sede prædicta impetrare; & litteras desuper in
totum expedire, ac iura cameræ apostolice propterea debite per-
solvere omnino teneantur. Alioquin dictis tribus mensibus elapsis,
beneficia ipsa vacante censeantur eo ipso. Nulli ergo omnino homi-
nū licet haec paginam nostrum approbationis, confirmationis,
decreti, adiectionis decreti, extensionis, ampliationis, supple-
tionis,

PARTIS SECUNDÆ

tionis, mandati, suspensionis, statuti, & voluntatis infringere, vel ei a usu temerario contrarie. Si quis autem hoc attinare presumperit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverint incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominae millesimo quingentesimo vigesimo quinto septimo idus Februarii Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmatio omnium suprascriptarum litterarum apostolicarum, ac alia indulta super materia electionum.

Quod ualeat beneficia promotorum ad plebanias, aut ad regionem, cathedralium ecclesiarum eo ipso nacent, postquam in electionem consenserint & dicto electio fieri posse per capitula. Electio fieri potest non gradatim, si eligendi idonei non fuerint. Et quomodo concedatur licentia electionum faciendarum.

Cap. VI.

CLEMENS PAPA VII.

C. Dilecti 1. Dilecti 2. Clem. Ad futurū. ed. cap. ordina- mūc. f. assu- mū. ed.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt Dilecti filii Nobilis vir Andreas Grittii Dux, & Dominum Venetorum; quod licet alias postquam fo. re. Leo Papa X. prædecessor noster ex certis causis, tunc expressis, per quoddam luas in forma brevis statuerat, & ordinauerat; quod ex tunc perpetui futuri temporib. parochialium ecclesiarum. Plebaniū seu plebanatum nuncupatarum Veneriarum occurrente vacacione, parochiani illarum, qui earum patroni existunt, consensum suū electioni futurorum rectorum earundem praestare non possent, nisi dum, & quando in solito loco, præcedente vocatione illorum, qui presentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitibus tractatibus congregati forent; necnon omnib. patronis predictis, sub excommunicationis late sententię pena, ne alicui consensum, extra locum solitum, & nisi vocatis omnibus & adunatis, praestare presumenter districtus inhibuerat; Irritum quoq; decreuerat & innane quicquid fecus super ijs a quoquā continget attentari. Pro parte Ducis, & Dominiū eorundem, nobis expoſito, quod in civitate, seu illius collegiatis ac huiusmodi parochialibus ecclesiis diuera beneficia

TITVLVS DE ELECT. ETC.

33

ficia ecclesiastica præbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia nuncupata, ad electionem dilectorum filiorum capitulorum, & collegiorum earundem ecclesiarum, & confirmationem pro tempore existentis Patriarchæ Venet. spectan. & ad illa dum pro tempore vacabant, tam iuxta constitutiones Patriarchales Venetiarum, quamcumque per bone me. Laurentium Iustinianum, & Andream Bondimerū defuper editas, & per alios Patriarchas Venet. reformatas, & a tunc procuratoribus cleri Venet. approbatas, & confirmatas, necnon de consuetudine eatus ut plurimum obseruatas, persona idonea, de gremio ipsarum ecclesiarum, li vita, moribus, & ætate idonea repetiebantur, aliis de quibusunque alijs ecclesiis eiusdem ciuitatis gradatim, uidelicet diaconus ad præbyteratas, & subdiaconus ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per tunc capitula & collegia prædicta eligi consueuerant: & laicus contingebat beneficia ipsa, licet eorum fructus tenues forent à personis minus idoneis, qui neque volebant, neque poterant eisdem ecclesiis in diuinis deferuisse contra constitutiones Patriarchales huiusmodi a fede apostolica in petrarice quo diuinus cultus, qui earundem constitutionis medio in dictis ecclesiis obseruabatur, & per deferentes illis sub spe retributionis ad Dei laudem, & Christi fidelium devotionem augebatur, detimentum seu diminutionem sustinebat; ac eauste propter quas, statutum, inhibitio, & litteræ prædecessoris huiusmodi pro ecclesijs dictæ ciuitatis emanauerant, & constitutiones Patriarchales huiusmodi edite fuerant & in Murano, & Maiurbio, ac Torcello, nec non Burano, & Mathemauco Torcellan. & Clugien. dictæ cœsum opidis seu locis dictæ ciuitati circuniuicinis, & temporali ditione Ducis & Dominiū prædictorum subiectis, subfitebant, & in illis etiam obseruati debebant; eo maximè, quod in illis, nonnulli minus idonei ad ecclesiis parochiales eorundem in locorū, & beneficiorum in illis consisten, ad electionem capitulorum seu collegiorum, ac confirmationem ordinarii loci pertinen, exquisita, & indirecta via eligi procurabant: Nos ipsorum Ducis, & Dominiū supplicationibus inclinati statutum, confirmationem, inhibitio, & decretum, ac litteras Leonis prædecessoris, necnon singulas constitutiones Patriarchales prædictas ex certa scientia per alias nostras litteras sub plumbo expeditas approbauerimus, & confirmauerimus; ac illis perpetuae firmitatis robur adicerimus; & illa firmiter obseruari debere decreuerimus; Necnō ad singula de Mu-

I rano,

PARTIS SECUNDÆ
 fando, Maiurbio, Torcello, Burano, & Mathematico loca, & illorum ecclesiæ ac singula in illis consisten. beneficia prædicta, ita ut ex tunc perpetuis futuris temporibus ecclesiæ locorum & beneficiorum in illis consisten. prædictorum vacatione occurrente, parochiani earundem ecclesiæ patroni consensum nisi dum & quando in loco solito, præcedentibus vocazione illorum, qui præsentationi huiusmodi interesse deberent, ac debitis tractatibus congregati forent iuxta tenorem litteratum earundem extra locum solitum præstare non possent; ac non sic vocatis & adunatis consensum praestare presumentes excommunicationis latæ sententiæ penam incurerent, nullijs ad beneficia in eisdem ecclesiæ consistensi nisi iuxta Patriarchæ constitutiones prædictas de gremio earundem ecclesiæ, si vita, moribus, & ætate idonei reperi forent, alijs de quibuscumq; ecclesiæ gradatim, videlicet diaconi ad presbyteratus, & subdiaconi ad diaconatus nuncupata beneficia huiusmodi per illorum capitula, seu collegia, aut alijs ad quos pertinenter eligi valerent; & quicquid fecus attentari contingenter iuritu, & inane existeret, extenderimus, & ampliaverimus; supplentes omnes & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsitan in editione ipsarum constitutionum patriarchalium intercumerent. Et nihilominus pro potiori cautela premisla omnia, & singula etiam pro ecclesiæ singulorum locorum prædictorum, quodque similiter ex tunc perpetuis futuris temporibus beneficiorum in ecclesiæ ciuitatis & singulorum locorum huiusmodi vacatione occurrente, capitula & collegia earundem ecclesiæ, in quibus beneficia huiusmodi vacare contingenter, vt præfatur, ad electionem personarum modo præmiso qualificatarum ad dicta beneficia sic vacantia gradatim iuxta constitutions prædictas procedere; ac personas sic per eos electas, Patriarcha & loci ordinatio pro tempore existentes per eum confirmandas, seu instituendas prælentare deberent: & electiones, ipsa forma iuris, & constitutionum patriarchalium non servata, vel de personis indignis & non idoneis, pro tempore factæ, nullius roboris, vel momenti existerent. Quodque si dictus Patriarcha electionem aliquius ad aliquod beneficium huiusmodi pro tempore electi, eo prætextu quo in ipsa electione iuris, ac constitutionum synodalium, & patriarchalium forma observata, vel persona electi digna & idonea non existeret, confirmare, seu ipsum elecum, instituere recusat, ab ipsa confirmationis, & institutionis tecusa-

recusatione appellari posset per illum, qui ab ipso Patriarcha, vel eius prædecessore examinatus, seu de eius licentia ad facros ordines promotus forer, nisi poit ordinum eorundem susceptionem aliquid commisseret, propter quod se indignum reddidisset: & casu quo appellari posset, vt præfatur, cœla ipsa appellationis in ciuitate Venetiæ committi, & cognosci, ac vnicæ tententia, que vim trium sententiæ diffinituarum conformitatem haberet, statu deberet: & si contingenter male appellatum declarari, ex tunc electores ipsi de uno pro alia vice duntaxat ad aliam electionem procedere possent: Si vero Patriarcha, vel loci ordinarij prædicti nouam electionem prædictam, tanquam contra iuris, & constitutionum prædictarum formam, vel de indigno, & non idoneo, scienter celebratam, confirmatione recusat, & ab huiusmodi recusatione iterum appellari, ac per iudicem appellationis huiusmodi male appellatum fuisse declarati contingenter, ex tunc sine yteriori appellatione eidem Patriarchæ de beneficiis huiusmodi pro ea vice duntaxat libertè prouidere licet; ac appellationibus huiusmodi pendat, ipse, aut capitula, seu collegia prædicta de beneficiis huiusmodi vacan, nullatenus disponere, aut alijs in causis huiusmodi aliquid innovare possent, statuerimus, & ordinauerimus: Necnon omnibus & singulis capitula & collegia huiusmodi facientibus, & representantibus ad electionem nisi in loco capitulari, & solito ecclesiæ ipsarum, ac vocatis omnibus, quorum intercesseret, iuxta ipsarum constitutionum formam procedere quoquomodo presumenter, nec ipse patriarcha personas sic pro tempore electas ad renuntiandum, seu cedendum prioribz suis titulis seu beneficiis, etiam sub simili excommunicationis latæ sententiæ pena per contrafacentes incurrenda, interpellate, seu cogere, aut eorum resignationes, seu cessiones, admittere, sed beneficia ipsa per aliorum affectionem vacare permittere, & de illis iuxta constitutiones prædictas disponere deberent inhibuerimus: Irritum quoq; & inane decreuerimus, si seces super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingenter attentari; prout in eisdem litteris plenius continetur. Nihilominus venerabilis frater Moderator patriarchæ Venetiæ collegii, capitulis, & patronis præfatis licentiam eligendi personas ad beneficia, in dicta ciuitate vacan, iuxta dictarum constitutionum tenorem pertinentibus, licentiam ipsam concedere, & personas per eos electas, & sibi prætentatas instituere, seu confirmare absq; rationabili causa se penumero recusat, seu plus de-

PARTIS SECUNDÆ.

bito differt, & prorogat. Necnon pleibus seu plebanis earundem ecclesiarum, quæ inibi dignitates principales existunt, pro tempore vacantibus, personas ecclesiarum earundem quominus ad illos sic vacantes, perfonas sibi gratas & acceptas, prout de antiqua, & approbata, haec tenusq; pacifice obseruata consuetudine introductum extit, nominare possint, in pedire nititur. nonnulli, & beneficia ecclesiastica presbyteralia, diaconalia, & subdiaconalia huiusmodi obtinentes, dum illis de parochialib. ecclesiis pleibus nuncupatis in dicta ciuitate prouidetur, seu etiam ad regimen cathedralium ecclesiarum allumuntur, eisdem suis prioribus beneficiis postmodum per seiplos deferire nolentes, & etiam si vellent, non valentes, beneficia praedicta nihilominus etiam post ipsatum parochialium, ac regiminis, & administrationis cathedralium huiusmodi professionem, vel quasi retinendo, ex quo consuetus ministrorum ecclesiasticorum numerus in eisdem ecclesiis deficit: ecclesia diuinis solitis obsequiis frustratur, & littera, necnon constitutiones praedictæ suo votino es-
se atque carent. Quare Andreas Dux & Dominum præfatis nobis hu-
miliiter supplicari fecerunt, vt in p̄missis opportunitate prouidere de
benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur constitutiones pa-
triarchales, & litteras praedictas inuolabiliter obseruari volentes,
huiusmodi supplicationib, inclinati; quod de cetero singula bene-
ficia praedicta per assecutionem parochialium ecclesiarum plebium
nuncupatarum ciuitatis praedictæ, necnon per allumptionem ad re-
gimen, & administrationem cathedralium ecclesiarum, quam primum
promoti ad parochiales ipsas, parochiales ecclesiæ acceptauerint, &
allumpti ad regimen, & administrationem cathedralium ecclesiarū,
huiusmodi, ipsi assumptioni consenserint: ed ipso vacare censentur;
& ex tunc ipsa collegia, & capitula ad illa pro tempore vacan. de gre-
tio ipsum ecclesiarum, gradatim videlicet diaconos ad presbyte-
ratum, & subdiaconos ad diaconatum, si idonei fuerint; alioquin
subdiaconus, vel alius, qui inibi deseruiat, & si idoneus inibi non re-
periatur, ex alia qua vis ecclesia dictæ ciuitatis personas idoneas,
etiam ad presbyteratum eligere liberè & licite valeant, eadem austu-
ritate apostolica tenore p̄sentium statutum, & ordinamus distri-
ctus inhiben. eidem moderno, & pro tempore existenti Patriarche
Venetiarum, ne beneficia praedicta nisi precedentibus eorundem
collegiorum, & capitulorum electionibus, contra tenorem literarū
praedictarum aliquib. conferte; aut eisdem parochianos, ne perso-
nas

TITVLVS DE ELECT. ETC. 35
has sibi gratas ad plebes seu plebanias huiusmodi, iuxta consuetudi-
nem hacceum circa hoc seruaram, liberè nomine posse, impedi-
re quoquomodo presumat districtus inhibemus, necnon quic-
quid fecis super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari irritum, & innane decernimus. Et
nihilominus tibi per præsentes committimus & mandamus, quatenus,
si præfatus Patriarcha, aut in eius absentia à dicta ciuitate eius
in spiritualib. vicariis generalis legitime requisitus, eisdem collec-
giis, capitulis, & parochianis, ac aliis ad quos pertinet licentiam eli-
gendi personas idoneas ad parochiales ecclesiæ, & beneficia prædi-
cta pro tempore vacan. concedere; ac personas sibi per eos electas,
dummodo idoneas iuxta constitutiones praedictas, & presentes liter-
tas qualificati fuerint, instituere recusatent; seu per viginti dies,
vel ipsius requisitionis sibi factæ, diluterij nisi noster, & apostoli-
ce sedis nunias, aut legatus in dicta ciuitate, aut eius pertinentiis
fauerit, quo calu inscripta per eos & non per te fieri uolumis, eis-
dem collegijs, capitulis, & patronis licentiam ipsam concedere; &
personas per eos, vt præfertur, electas alias iuxta predictarum, &
præsentium literarum, ac constitutionum earundem tenorem insti-
tuere, necnon appellations a recusationibus retardationibus insti-
tutionum denegationibus, reiectionibus, aut irritationibus ab ipso
Patriarcha aut eius vicario predicto pro tempore interiectas cogno-
